Nota primo. finem esse duplicem, primo cuius gra-  
tia sine fine quo, qui est in cuius consequendi gratia facimus  
aliquid; sine il quo tendimus ut illud assequamur ut fi-  
nis avari est pecunie possessio. Secundo, cui et est in men-  
tus, commodum finis cuius gratia fitur, ut avarus est in cuius  
commodum pecunia quaeritur.

Nota secundo. finem cuius gratia, esse rursus duplicem  
alius enim est intrinsecus ad quem scilicet scientia, natura sua  
a ordinatur quomodo suis actibus immediate attingit. aliis  
extrinsecus ad quem non natura sua nec semper sed scien-  
tis voluntate et utilitate dirigatur. quomodo suis actibus im-  
mediate non attingit. Verbi gratia. finis oculi intrinsecus  
est videre. extrinsecus est, scire invidere, licet enim me-  
dere non sit oculi actio. ad invidendum tamen devenit  
visio.



Dico primo. Finem Logice Cui esse intellectum. Et enim Logica et actualis et habitualis bonum intellectus; eumque perficit.

Dico secundo. Finis cuius gratia intrinsecus Logica habitus, alius, et actualis Logicae, siue actus scientifici Logicales. Quia Finis cuiusque habitus est eius usus siue actus. Ergo et Logica habitualis finis erit eius actus. Nam ut docet Aristoteles. 1. Met. text. 11. Scilicet finis potentia est actus: ita et nunquamque eorum quorum est opus, est gratia operis. 2. 2. text. 10. Finis igitur Logicae habitualis est cognoscere, prompti, et expeditae operationes intellectus, tam bonas quam malas eorumque conditiones ac proprietates.

Dico tertio. Ipse intrinsecus actualis Logicae est ipsum obiectum, quod ipso actu cognoscitur, siue ipsa met. cognitio. Nam ut dicitur in 1. 1. intellectus operatio cum sit contemplativa praeter se ipsam nihil appetere videtur. quod de fine intrinseco, cuius, intelligendum est. Nam finis Cui, est ipse intellectus ut diximus.

Hinc patet Logicae habitualis finem ultimum esse omnia obiecta, quae in tota Logica attinguntur: immediatum autem et proximum esse actualem obiectorum cognitionem. Nam habitus non attingit obiecta nisi per actus. Et

habet hic uterque finis sit illi intrinsicus aliqui tamen ob 18  
is An uocant finem extrinsecum habitus Logici. Verum  
si finem ultimum sine medietate cum extrinseco con-  
fundunt.

Dico quarto finis intrinsicus principalis Logici est cognitio o. 15 Jan.  
maximè operationum intellectus sine bonarum sine malarum qua-  
tens. sunt dirigibiles. et in sola cognitione hac consistit Logica.  
Sicut enim sit boni et prudentis uiri, ad operationes rectas, tunc  
intellectus, tunc uoluntatis referre hanc cognitionem, sicut ui-  
sionem ad caute ambulandum: non est tamen boni Logici  
ut Logicus est, precise, cum is absolute sit Logicus, qui o.  
operationum intellectus dirigibilium uerum et euidenti cogni-  
tionem habet; in hac enim finis proprius et intrinsicus Lo-  
gica consistit, sicut finis oculi in ipsa sola uisione. Opera-  
tiones uero uitiosas fugere bonas consecrari; uel contra, per-  
det a uoluntate. Quae nihil penitus inuis habet in fine intrin-  
seco Logici, sed tantum in extrinseco. Sicut igitur uisus  
habet pro fine omnes colores et lumen, ita Logica operati-  
ones intellectus dirigibiles omnes, non magis bonas quam  
malas, sed ex aquo omnes, sicuti oculus ex aquo colores et  
lucet omnes.



Die quinto. Finis extrinsecus Logice ~~et~~ proprius est  
quodvis recta op<sup>er</sup>atio int<sup>el</sup>l<sup>ect</sup>us, elicitur ab alijs scientijs circa pro-  
pria objecta; remotior recta operatio voluntatis et aliarum po-  
tentiarum: absolutus et generalis, est actualis cognitio universalis  
tam agibilem quam speculabilem. Latet: nam ut dixi,  
mus notabili secundo, ille est finis extrinsecus, quem scientia  
suo actu non attingit, sed nec ad eum sua natura tendit, se-  
scientis utilitate et voluntate. Quomodo igitur ocu-  
li finis extrinsecus est pedum moderatio, (pedum enim  
visio est intrinsecus) quia ad pedum moderandum refertur am-  
bulantis voluntate, licet non moderetur pedem sed solam  
pedum visionem intrinsecus attingat. Ita Logica finis  
extrinsecus est directio operationum intellectus (opera-  
tionum enim cognitio est intrinsecus) quia ad operationem  
intellectus moderationem sine directionem refertur quidem,  
licet eam directionem ut intrinsecam finem non attingat,  
sed factum quatenus utens est. Ad hunc igitur operationem  
directionem utilis est eam cognitio, quae est finis intrinsecus Logicae. Sicut mathematica est  
utilis ad navigandi, pecunias numerandi, arces et propugna-  
cula extruendi, collendarum conficiendi, et rationem.

Sic a viis fructu factoria, finis extrinsecus, et eorum<sup>19</sup>  
moderatio. artis proutendi tem plorum, anteaum et ornamen-  
tum.

Cum vero aliqui dicunt Logiam per se,  
videtur dirigere practicas scientias, id de fine remoto, sine de  
actibus voluntatis intelligendum est, quos etsi non dirigat  
Logica nisi mediante consultatione, et ceteris actibus intel-  
lectus qui procedunt cognitionem: directioni tamen voluntatis  
vere suberit, sed remote. absolute enim Logica est uti-  
lis ad scientiam tam speculabilem quam agibilem, quia  
praecepta Logica de intellectus directione sunt et seorsim,  
determinata, et possunt ad quamcumque scientiam applicari.

## QVAESTIO II.

De dignitate et utilitate Logae.

### DVBIM I

Verum Logica sit pars Philosophiae.

Nota primo hanc questionem eandem esse cum ea  
qua recentiores quaerunt an sit scientia proprie dicta, ut patet  
ceteros docet Toletus in q. 2. in praemio ante i. fundamentum.  
Late enim accepto nomine scientia et Ethic certum est esse  
scientiam et Ethic partem. sicut etiam certum est esse ar.



tem late accepto avoq vocabulo.

Nota secundo varijs modis accipi nomen *Sciē* et *Sciē*, primo pro speculatione *Sciē*. 2. pro sola *Metaphisica*. 3. pro quacumq; *Sciē* q̄ ignorantiam expellit. 4. pro sola scientia q̄ substantias considerat. 5. q̄ moralibus *Scijs*. 6. q̄ divinarum, humanarumq; rerum *Sciē*.

Nota tertio. ex Toletu et Rubio duo requiri et sufficere ad *Sciē* proprie dictam, primum ut sit cognitio necessaria et eūdem. 2. ut sit cognitio rei per causam. Addi potest 3. quā ad totalem *Sciē* requiritur ut *Scijs* habeat principia p̄ se nota, ex q̄b; conclusiones deducat p̄ communes demonstrationes, nec modo scientifico. cuius defectu artes, mechanicae, non sunt *Scijs* p̄prie dictae: q̄ (ut saltem iam de facto agnoscuntur) magis fide humana, et experientia atq; usu discuntur, quam rationibus a priori et p̄ q̄ales demonstrationes.

Dico breuiter, etsi probabiliter dici possit, hanc p̄positionem esse de nomine, q̄ alij latius, alij p̄ssimè nomen *Sciē* accipiunt. Logicam nihilominus absolute loquendo esse *Sciē* partem, et scientiam ueri ac proprie dictam. Prima pars est Pererij lib: i. *Philosop* cap: ultimo. et quorū ibi citat. Secunda pars est Toleti et Rubij hic uterq; q̄stione 2. *Contradict* censes proemio dunt *Philosop*. Fonseca 2. *Met*: cap: 3. p̄s: 3. 4

Diurnum, thomasm, scotum, saturn, Nisum, et alios pluri,<sup>20</sup>  
mor recitant. Amicentum, Albertum, imaginem. Ciceroem q  
primo de oratore ait, Philosophiam in 3. partes distributam,  
naturae observantiam, dissimulandi subtilitatem, et vitam itq, mo-  
res. antiqui Philosophiam trifariam dividentes, in naturalem,  
moralem, et Logicam dicebant illam esse quoddam quasi at,  
cuius officio similis sit Legis, civibus, et officia, animi Phisica,  
Plat esse velut urbem optime administratam, in qua Legis  
sanctorum, Phisica civium, et officia optimarum legum iuris  
subest. quam Philosophia divisionem Diuus Augustinus ex tri-  
partitione quadam Sanctissimae Trinitatis in ver, cre-  
atur, fluxisse suspicatur. Plato et Aristoteles approbaverunt  
ut patet ex citatis auctoribus. Idem senserunt Socrates et Py-  
thagoras, partes citandi. Philosophia primo. omnes conditiones supra,  
significat Legis conveniunt, ut q, regular, graviterum, opposi-  
tionum, et pollutionum, conversarum, enunciationum, Syllogis-  
mum, Def. Diui gratias q, proprietates discernenti patet. ut plant  
citati Aufgover.

Philosophia secundum moralem scientiam est pars Philosophiae quae di-  
vigis actus voluntatis, quare non Logica quae dirigis actus  
intellectus. Hinc etiam tot prima principia luminosa  
nota, in hac sunt reperiuntur, ut de deo. de nullo. etc.



17. Januarij.

Objectiones et solutiones adversariorum.

24

Objicit primo, sicut penna est instrumentum scribendi, et non pars,  
ita Logica cum sit instrumentum Philosophiae non erit pars illius.

Respondet. Immo sicut manus est pars et instrumentum scribendi: ita  
Logica Philosophiae. manus enim esse instrumentum dicitur ha-  
bet Artes, 4. De partibus animalium. cap: 10. et sec: 30. probl: 4.  
Deinde sicut malleus est instrumentum quo alius fit malleus,  
ita Logica est scientia qua (quatenus est utens) alia par-  
tur scientia.

Objicit secundo. Aliquando Aristoteles excludere videtur Logicam  
a Philosophia et scientia. R. primo. id intelligendum esse iuxta un-  
as scientiae et Philosophiae acceptiones. Nam si accipiatur  
Philosophia secundo, quarto, et quinto modo fatemur non esse sci-  
entiam. R. secundo. Logicam quatenus precise est utilis ad  
reliquas scientias, non esse scientiam, sicut nec Diligentia est  
scientia. R. tertio. Artem probare, esse Logicam Philo-  
sophiae partem, quando probavit cum Platone et ceteris, Phi-  
losophiam dividi in naturalem, moralem, et Logicam.

Objicit tertio. cum Sabarella. Nulla scientia agit de re-  
bus contingentibus, sed Logica agit de rebus contingentibus. g.  
Respondet. cum Contribuentibus citatis, Toletus. Fon: etc. Duplex  
esse contingens. primo, quod potest esse et non esse. secundo qd

potest falsum esse, et significatur & propositionem contingē-  
gentem. Primo modo maior est falsa. Nam Physica, Ethica,  
Logica tractant de contingentibus hoc modo. Ad scientiam  
enim sufficit si propositio sit necessaria, quales plura in-  
veniuntur in Logica.

Obijciat quarto. Aster & Meo. tex. 12. ait absurdum esse si,  
nec sciam et sciendi modum fore, ubi & modum sciendi. Lo-  
gica intelligitur. ut plurimi interpreter volunt. R. primo.  
Secundum hoc interpreter dicendum est Aristoteli tractum  
docere absurdum esse accedere ad reales scientias antiquam  
quis sciat modum sciendi, quem scientia sermocinaria id est  
Logica considerat. R. 2<sup>o</sup> hunc locum ita esse intelligendum  
ut antiquam in scientia aliqua uersemur, sciendum esse qua-  
les in illa probationes requiratur. ne a Mathematicis suasi-  
ones Rhetoricas. & Rhetoric demonstrationes Mathematicas  
requiramus.

12<sup>o</sup> Hinc sequitur primo cur Logica inter Philosophos sit potius  
quam inter artifices mechanicos numeranda. nam si quae sunt  
apud hos demonstrationes tam sunt paucae, ut non magis  
eorum artes sint demonstrativae dicenda quam Aethiops  
albino propter decantatam candorem. Logica uero ita a-  
bundat demonstrationibus, ut non modo in phisico, et meta,



phismo hui in parte contendat, sed eas etiam superet. Quod si  
aurifer de auro et gemmis (uel sutor de corio et pie) talia  
principia, talem docendi modum generales, tot et tales demon-  
strationes, quot, et quales Logici; non posset inre a Philo-  
sophorum Collegio excludi, in quod Logici merito cooptatur.  
Potest 2<sup>o</sup> quomodo Logica dicatur pcedere scientias cum ip-  
samet sit scientia: praecedit enim scientiarum distributione acco-  
moda de qua Fonseca 8 instit: ca: 35.

Pater tertio quod licet Logica ut utens est et per practi-  
cam extensionem ad particulares scientias, uerbi gratia Phi-  
sica adhibetur, naturam artis quodammodo induat. ut tri-  
ct et docens nullo modo artem sed perfectam scientiam esse  
ut bene Rubius q5: 3. num: 10. Fonseca et Toletus citati.

Quaerit primo sitne Logica scientia speculativa an practi-  
ca? R. Veritate esse simpliciter speculativam tamen etiam  
men etiam practicam, usam et eandem, ut patet Toletum et  
alios docet Rubius hic q5: 5. num: 14. qui fideliter citat et  
sequitur pro nostra sententia Soarchy dis: 44 Mor: num 54.  
et Varquety i. par. dis: 9. num: 2.

Quaerit secundo sitne una simplex qualitas. R. Non, sed  
esse quid aggregatum ex multis scientijs particularibus a quibus  
etiam reducuntur probabiles conclusiones aliquae. sicut

exercitij constant multis militibz inuenta et arma <sup>22.</sup>  
bellica complectitur. Sed de his fusij infra dñs: 26 q̄si.  
Dub: 2. et q̄si: 2. Dub: 4. interea videri potest totius hñe,  
et Rebus.

## DVBIVM II.

### Sitre utilis Logica.

Videtur inutilis et priciosa. Primo. quia in hunc  
sancti Pater acriter invehuntur, eamqz uicant aliqui Origenes.  
Syllogistarum uerborum fabellamentum. Alij ministrum  
huerum. imo Apostoly hoc monet ne seducamur per inqz  
nem Philosophiam. Secundo, docet fallacias et modos  
decipendi uiror simplicior ut patet in Clenctis.

Diendum ta. ē eam ēē longe utilissimam, teste Platone,  
et Aristotele, qui saepenumero docent ueteres Philosophos  
in multis ā uero alioqz abesse, quod in Dialectica non  
essent uersati. imo ueteres Philosophiam Cinitati, et cor,  
pori humano comparabant. Logiam iuris et o sctibz con  
ferebant. Alij Lydiu Lapidu. Alij totam Philosophiam o,  
uo similem esse confundebant. superficiem siue testam  
esse uelut Logiam, sequentia etqziam, interna et peni,  
tas abstrusa Phisiam. Alij agro frugifero, in quo cis,  
mundata sepiis locum teneat Logica, fructu etqziam,



lumi et arborum Phisica. In quibus comparationibus  
bene cum Rudolpho Agricola, Titulomany adinventis Dialo-  
gum ubiq; comparari q's & q' alia continentur, corroborantur,  
sustinentur, finiuntur, augumentur, et defenduntur. ut per  
se assidue, meritis testis esset Hortum, mureo ungu-  
tu circumdanti. Unde licet ut indicatur Dialecticam esse  
Ducem, Directricem, atq; stabilatricem ceterarum artium  
et sine eius presidio, quæri fines suas reliqua Philoso-  
phia pariter non satir commode possit.

Hinc Divus Augustinus cum Logiam vocasset discipli-  
nam disciplinarum: hæc inq; docet docere, docet disci-  
re. In hac se ipsam ratio sibi demonstrat, quæ sci-  
at quid velit, quid valeat: scit scire, vult sola sci-  
enter facere, nec solum vult sed etiam potest.

Ad primum ergo respondeo, eos non Logiam, sed Logi-  
ca abusum reprehendere, qui fidei hostes nascentem Ec-  
clesiam oppugnabant. Den enim de omni alia scientia  
Dici potest.

Ad secundum. Hoc est illi cum Rhetorica commune,  
non ut alios decipiamus, sed ut malorum, et mendacium  
fraudes detegamus. ut testatur Aristoteles, i. Rhet. i.

Vide Servian epistola 49. et 50. Quæ et Toli hic. Fori 2. mæ.

capit. tertio, p[ar]te 1. & sectione secunda, et tertia, et 23.  
qui recitantur ab ijs

## QVÆSTIO III.

### De necessitate Logica

18 Janua.

Suppono duplex esse necessarium a fine primum simpliciter, sive quo finis haberi non potest, ut dicitur esse necessarium, ad vitam naturaliter diu sustentandam. Secundum ad bonum esse, sive quo finis quidem haberi potest sed non commode.

Dico primo Logica artificialis non est ad omnes scientias capendas simpliciter sine primo modo necessaria. Erit, si enim esset simpliciter necessaria id esset propter similitudinem consequentis q[uod] ad omnes scientias requiritur. At sine Logica artificiali potest haberi sapientia consequentia veritate et certitudo. Nam ut bene Rubius hic et Porroa secundo meth. cap. 3. q[uestio] 4. v[er]o 2. Duo tantum requiruntur ad scientiam, primum Principia certa et evidenter. Secundum certitudo consequentia. Hæc autem duo absq[ue] artificiali haberi possunt. primum ex Mathematica vel Physica. secundum ex naturali Logica. Ad Mathematicam vero dignitas minus necessaria est quam ad reliquas scientias, imo Geometriam magnam in parte traditam fuisse, sine Lon.



gica artificiali perfecta patet tum ex Aristotele, qui pas-  
sim utitur exemplis Mathematicis, tum ex illo Platoni fori-  
bus academia inscriptis. Nullus expertus Geometriae huc in-  
gradiatum.

Dico secundo. ad acquirendas perfecti reliquas scientias totales  
necessaria simpliciter est Logica artificialis. Pro. Nam ut per-  
fecti et sine erroris periculo, ac certo scias totaliter acquiremus,  
necesse est veritatem consequentiarum nosse; non tantum  
Syllogismorum perfectorum, sed aborum etiam, in quibus a-  
liquando propter occurrentem materiam, a perfectis Syllogis-  
mis alienam, necessario formanda est argumentatio saepe  
etiam Definitiones et Divisiones, difficillime occurrunt.  
quibus intellectus nostri inaccessibilis Logicae praesidio destitu-  
ta, verum obscuritate, argumentationum, Definitionum, di-  
visionum, varietate, frangatur, potius quam exornetur. Et  
igitur Logica artificialis, necessaria simpliciter ad reliquas  
scientias exacti comparandas; ad eas imperfecto modo ac-  
quirendas utilis tantum et necessaria ad bene esse.  
Obijciat primo. Aristoteles saepe docet ignorantiam Lo-  
gica multum fuisse causam hallucinandi in inquisitione veri-  
tatis. Ergo erit omnino necessaria ut scientiarum veri-  
tatem assequamur. Respondet. esse verum de perfecta et

exacta scientia totalis veritate et cognitione, non autem 24.  
imperfectam.

Objicitur secundo. Non est maior ratio cur dialectica sit  
necessaria magis quam ethica, quae voluntatis autem diri-  
git, motusq; inordinatos et philosophia adversantes compo-  
nit. Alibi antiqui (ut patet ex Ammonio p[ro]f[ess]ore ante p[ro]m[iss]a,  
m[en]ta et Dione in vita Senecae ~~II~~ III) volebant, ut pri-  
us per ethicam sententiam inuenire animi perturbationes se-  
darent, quam alias scientias aggredierentur. et Plato  
volebat inuenire exerceri in Mathe[si] usq; ad artem trigesi-  
mam, a trigesimo ad quinquagesimum in reliquis scientijs.

24 Respondet opus Legis scriptum in cordibus hominum (sola d[ic]tatio \*  
fidei Christiana, Dei timor, doctumq; monita, sufficiunt ad ani-  
mi motus sedandos, et instat ad scientiarum preparationem, et cau-  
telam ne inueniantur Logica ~~du~~ abutatur, aliq; ethice perfecta et  
scientifica cognitione: intellectus autem noster talia ad sanam  
operationum directionem adiumenta non habet.

## DVBIVM I.

Quem inter reliquas sc[ie]ntias ordinem Logica teneat.  
Dico primo ordine doctrinae, omnium prima est Logica.  
Dicitur autem reliquas scientias esse adiacenda. Probatur primo,  
usu qui nunc in omnibus academijs viget. secundo ex fide



qui 4. Met: tec: 8. ait Debere esse versatam in Analytica, qui  
ad scientias accedit. tertio patet ex Dicto secundo proceden-  
tis questionis.

Dico secundo. Ordine Dignitatis qui ex subiectu attributionis  
sumitur cadit quidem Theologia, Metaphisica, et Phi-  
sica, haec enim Deum, intelligentiam, substantiam, considerant.  
Mathematicum vero et ethicum praecedit. operationes enim  
intellectus nobiliores sunt quantitate, et actibus vo-  
luntatis. Ut probatius docetur in libris de anima.

Dico tertio si certitudinem spectemus non est omnibus omni-  
no scientijs proponenda absolute. licet enim a nulla  
scientia certitudinem accipiat, et arret ut integrè cogno-  
scentur, aliquam a Logica certitudinem accipiant: mul-  
ta tamen in singulis scientijs reperiuntur quae lumine  
naturae sunt clara, multa etiam quae illis consequentijs  
immediate nituntur quae per se sunt nota, ac proinde  
ex his capitibus nihil debent Logicae artificiali.

Obijciat primo. ea quae ad finem referuntur sunt  
ignobiliora ipso fine ut commune fert Philosophorum  
dictum. At Logica refertur ad alias scientias ut ad

finem. Respondes. Si ordinetur quodpiam ad aliud, ut 25.  
index & regula non semper est ignobilior suo fine.  
Nam et Rex ad subditos regendus et ornandus dirigi-  
tur. Sic Logica ad ceteras scientias refertur ut ami-  
cus, vel aequalis, vel paulo superiores, vel paulo inferi-  
or: non vero ut ancilla ad Dominos.

Obijciat secunde nunquid instrumentum est ignobilius, ve-  
per instrumentum effecta, ut pernicillum imagine? Respon-  
des. Si Logica sit instrumentum est veluti manus artifi-  
cis, utiq; dignior imagine. Hæc breviter de prolegome-  
nis, cetera suo loco tractabimus. Ex quibus hæc Logi-  
cæ Definitionem collige. Logica est pars Philosophiæ, *Logica dicitur.*  
sive scientia operationum intellectus dirigibilium, ut  
dirigibiliter aut, principaliter contemplative.

# DISPUTATIO III.

19 Jan. \*

De Ente rationis.  
Entis rationis videri saltem aliquam cognitionem a  
Logica requiri patet ex eo, quod nonnulli obiectum Logicæ, ali-  
quid universale, formaliter uoluerint esse sine ratione, quorum  
sententia ut intelligantur hic breviter persequere unum de



ante rationis agemus.

## DVBIVM I

Quod, et quottuplex sit. Ens rationis.

Dico primo. Ens rationis latissime acceptum dici de  
de omni Ente quod est rationis, id est, quod spectat ad rati-  
onem sine intellectu, quia scilicet vel subiective inheret in  
intellectuale potentia, ut Scientia, habitus etc. vel quia ab  
intellectu sine ratione reali efficientia dependet. ut sunt  
artificiata, et de his non agimus hoc loco.

Dico secundo. Ens rationis proprie acceptum et proprie, si-  
a Philosophis explicatur. Ens rationis est, quod sola appre-  
hensione et solum obiective potest esse. quod a ratione co-  
gitatur, ut Ens, cum tamen in se entitatem non habeat.  
Quod solum, est quia obiective potentia cognoscitur, quod  
a ratione conficitur est. quod nullam habet essentiam  
realem possibilem, sed sola apprehensione, potest esse. Est  
id, quod nullam habet, nec habere potest existentiam, pre-  
ter obiectivam, quam habet dum actu cognoscitur. Hec  
et similes descriptiones tradunt. Fon: f. Met: ca: 7. §: 8  
sec: et Sonnet, Dis: 2. Met: Vasquez, i parti. tome 2. Dis.  
ii. 4. et ii. 5. et alibi.

Dico tertio dividi solae primo in ens velle fictum q<sup>o</sup> p<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> b.  
libit<sup>o</sup> ab intellectu sine ullo in fundamento confingitur.

Vt Chimera. Et ens rationis artificiale sine Logica de qua Le-  
gis Philosophantur. Secundo in negationem, privationem et  
relationem. Verum Solum relationum propriis ens rationis

Dicitur. Negationem et privationem abusive: quia in hoc casu  
Enti rationis conveniunt, quod nullam habeant veram ex-  
istentiam. Nisi quis tenebris, caecitatem, et similes priva-  
tiones, per modum formae concipiat, tunc enim fingit Ens  
rationis.

Omnis autem illa relatio, est relatio acti,  
omnis quae non habet omnia requisita ad veralem relationem  
De qua agemus Disputatione De relatione.

Hinc patet primo. Ens rationis non esse ipsam intellectio-  
nem, aut aliquid aliud in anima vel intellectu, vel aliqua  
potentia realiter inherens.

Patet secundo. Ens rationis non esse ullam proprietatem  
aut affectionem in re cognita effective ab intellectu prod-  
uctam.

Patet tertio. Ens rationis non esse ipsam intellectio-  
nem quae  
tunc fingitur in hoc velle quod intelligitur. Haec omnia



patent ex datis descriptionibus.

Obijciat secundum veritatem et Aristotelem, 3. 2o an. tit. 39.  
lapis est in anima dum intelligitur: non secundum esse rea-  
le. ergo secundum esse rationis, sed et in anima secundum  
speciem, ergo species erit ens rationis. R. lapis non est  
anima, prout Empedocles (contra quem ait Aristoteles)  
volebat, ita scilicet, ut lapis per lapidem cognoscatur, aer  
per aerem, aqua per aquam, ignis per ignem etc. sed per  
suam speciem, quae non est ens rationis, quia actualiter  
potentia inheret et potest existere, etiamsi nullus de  
ipsa quodpiam cogitat. Nec ipse lapis ut intelligitur  
est ens rationis, quia in alio saltem statu potest existi,  
tunc absq; eo quod actu intelligatur.


## DUBIUM II.

An denominationes extrinsecae sint Ens ra-  
tionis.

Adverte duplex esse denominationes, primo intrin-  
secas, quando forma denominans inest, vel inesse concipitur,  
in subiecto denominato ut paries denominatur albus, homo  
a virilitate. Secundo extrinsecas, quando forma, vel quasi for-

ma denominatur, non est in re denominata. nec concipitur 27.  
in illa. Vt Deus dicitur Creator, a creatione quae est in  
creatura, paret visus, a visione quae est in oculo, vel aliqua  
volita, cognita, etc, a volitione, et cognitione, quam non  
habet. Ex quo patet, has denominationes, non debe-  
re concipi, quasi forma denominatus sit coniuncta, cum sub-  
iecto denominato. Qui enim visionem in pariete viso con-  
ciperet, destrueret naturam extrinsecam denominationis, et  
in pariete, namque ens rationis confingeret.

Dico igitur. Denominationes extrinsecas non esse extra ra-  
tionem, nec ullum ens rationis pullulare, in obiecto extrinse-  
co denominato, et eo prae se, quod sit visum aut cognitum. c.  
Prima pars probatur. Denominatio, formam et obiectum  
completitur, verba gratia paret visus, parietem et vi-  
sionem, quae constat esse realia. Deinde Sicut melioris  
notae Theologi, cum Dico Thoma prima parte 1<sup>a</sup> 17. art. 7.  
docent, quod Dicitur creans et Creator, a creatione quae  
est in Creatura; actio libera aliqua, a libertate quae est  
non in actione, sed in voluntate, ita visus a reali visi-  
one illi extrinsecus, vel intellectus ab intellectibus, et ceteris.





Secunda pars patet, ista enim enuntiatio, si sit integra,  
acta cognoscatur, esse ens reale. Entia enim rationis non  
existant, nec existere possunt ullo modo, nisi dum acta  
franguntur et cognoscuntur. Sicut igitur sine ullo fig-  
mento intellectus pariter dicitur uideri, dum acta uide-  
tur a uisione presenti uisione, ita sine figmento, dicitur  
uisus a praeterita, uidendus a futura, uisibilis a possi-  
bili uisione: unde precise liquet, nullum ens rationis  
in obiecto aliquo cognito exoritur.

Quaeritur, an denominatio extrinseca, aliquando inualeat  
ens rationis? Respondetur. Fieri aliquando, ut scilicet  
res denominata est ens rationis, uerba gratia Chymica  
cognita, a cognitione reali denominatur. Si uero et for-  
ma et obiectum sint entia realia non inualebit, illis  
ens rationis, ut pariter reale est uisus. Ratio quia-  
tiam ipsa affirmatio quae unum de alio praedicamus, uer-  
bi gratia lapis est cognitus, non sit ante opus intellectus,  
sed tamen quod per tale iudicium enuntiatur, est a parte rei  
sicut homo et animal, antequam quisquam de eo cogite-  
ret, affirmando uel negando, praeteriit quicquam subiecto.

# DE BIVM III.

Per quos actus fiant Entia rationis.

Dico primo, per actus voluntatis et appetitus non fiunt entia rationis. Ratio, quia (ut bene Wasp. d. 1. 1. 1. prima, par. cap. 2. num. 4.) he potentie non faciunt sibi ob-  
iectum aliquid presens, sed id factum supponunt, a potentia  
cognoscente, factio autem solum potest contingere in eo quod  
fit obiective presens.

Vergues.

Dico secundo. Res facte ab imaginatione nostra vel be-  
torum animantium, ordinariis non sunt entia rationis, quin  
quidam tali modo representatur habere potera existen-  
tiam divinam saltem virtute. Quod si tamen rem impos-  
sibilem imaginatio fingeret vere faceret Entia rationis,  
quia res ita apprehensa, non habet nisi esse obiectivum  
factum, seu representationem. Idem de sensibus exterioribus di-  
cendum est: quibus si species rei impossibilis prestat im-  
primi, vere facerent Entia rationis, rem illam impossibi-  
lem cognoscendo.

Dico tertio. Entia rationis fit, per apprehensionem intellec-  
tus simplicem, ut cum Chymicam per mundum substantiale



vel excitatum per modum formae inherens concipimus.  
Aliquando per iudicium, ut cum rem in se absolutam, cum  
alia conferimus affirmando. Aliquando per opem illius di-  
rectam. ut sunt omnia entia rationis que non sunt rela-  
tiones; et omnes illae relationes rationis, que finguntur in  
obiectis denominatis ab actibus non directis a nostro in-  
tellectu. ut scilicet relatio quam in pariete ut et visus  
ad visionem fingimus, et relatio quam in natura universali  
li in ordine ad inferiora concipimus. Aliquando per refle-  
xam, ut sunt omnes et solae relationes rationis, confectae in  
obiectis a cognitione intellectiva denominatis, et cor-  
relative sumptis. *Item.* Per eandem enim actionem fit sur-  
ratiocinatio ab intellectu imperfecto per quem cognoscitur.  
Tot autem diversis actibus cognoscitur, quot dictum est,  
ut considerasti potest. Confirmatur. ut aliquid sit sur-  
ratiocinatio proprie dictum requiritur primo, ut actus  
cognoscatur, secundo, ut non sit identificatum a parte  
rei cum ente aliquo actu vel potentia existente. tertio  
ut per eandem actionem quo ab intellectu imperfecto

intelligitur fiat, sine fingatur. Quarto, ut nec sit 23.  
nec esse possit aut nisi tum, cum de facto est aliqua  
imperfecta cognitio per quam fit, cognoscitur, et in esse su,  
o mirabili conservatur.

5<sup>a</sup>

Quæres primo, an illius diuini faciat ens rationis. R. negative 23. *facit*:

Quia fabricatio Entis rationis includit imperfectionem intellectus  
non ualentis rem intuitiuo cognoscere, id est, rem Entitatem ut  
a parte rei existant apprehendere. Hanc conclusionem 24.  
certi, Mayron, Searius, Vasquez, Rubius, Archibius, etc.  
qui plures et bonas rationes afferunt, et contraria argu-  
menta bene dissolunt. Et præcipue Vasquez, tum Dispu-  
tatione 115 capite 2. tum uero Dis. 118, cap. 4. Num 13 et 14.

Quæres secundo. An etiam Angeli fabricent Entia rationis.

Respondet. Si perfecte re. ut sunt in se ipsi regerant,  
nullum fingunt Entia rationis. Sin autem uel *Quæ*  
uel aliquid aliud naturali cognitione imperfecte atin-  
gunt: concedendum est posse ab eis aliquas habitudines  
uel distinctiones rationis confingi. uerum de his ac-  
curatius uidebit Theologi.



## DUBIUM IV.

In quo consistat propriè Ens rationis.  
Dico primo. Omne Ens rōis Logum debet esse  
obiectum alius <sup>intellectionis</sup> ~~abstracti~~ imperfectae, quod non possit ul-  
lo modo a parte rei existere. Patet. Hoc enim in omni En-  
te rationis requiritur.

Dico Secundo. Entia rationis Logica sunt fortae relationes  
verae cognitivum et extrinsece denominatarum, quibus  
illa vel ad potentiam cognoscentem, vel inter se ipse, vel  
cognitiones ad invicem referuntur. Est communis. Probatur  
Cum Deum concipio ut visum a Beatis, non solum Deum con-  
cipio, nec solum visionem Beatorum, sed utrumque non al-  
solute, sed Deum cum ordine ad visionem Beatorum  
a qua Deus extrinsece denominatione dicitur visus, Atque  
ita Deum volens intelligere obiectum extrinsece denomina-  
tum et formaliter ut terminat actum cognitionis: licet  
verum sit aliquid absolutum, nec ulla relatio realis  
sit in eo producta per actum cognitionis: quia tamen con-  
cipimus ut correlativum, nec relationem aliquam fingimus

concupiendo illud obiectum, et cognitionem cum habita, 30  
dine inter se, quae habitudo, cum non habeat ullam ratio-  
nem nisi obiectivam et huius rationis, idem dicendum est  
quando praedictum consipimus in ordine ad subiectum, vel con-  
tra, vel in ordine ad intellectiorem a qua subiectum  
et praedictum extrinsece denominatur.

Dico tertio huius rationis quod est relatio, solum fit ab  
intellectu imperfecto. Dum res absolutas ex modo su-  
per cognoscendi non potest ab eodem apprehendere, quam  
relatio. Patet. Nam relatio rationis in hoc consistit,  
quod intellectus unus cum altero conferat: non potest  
autem dici formare relationem antequam obiecta ipsa  
absoluta formaliter et expresse, ut ordinata in-  
ter se apprehendant, ut bene ex Dico Thoma dicitur ibi,  
quod citatur Disputatione 11a. capitulo 2. numero 4.

## DVBIVM V.

Utrum Entia rationis sint secunda intentionis.  
Adverte Duplicem in genere esse intentionem, obiecti-  
vum et formalem, quarum utraque, unus est duplex. Primo g.



intentio formalis nihil est aliud quam ipse actus, qui potest  
ita tendere in suum obiectum, sive actualis representatio,  
vel cognitio obiecti, ut intelligatur intellectui. Secundo obiecti-  
tina est ipsum obiectum quod formali intentione attingitur,  
cognoscitur, percipitur, representatur. Tercio intentio for-  
malis prima est ipsa directa operatio intellectus, sive prima  
tendentia in obiecto et prima actualis representatio obiecti.  
Quarto. Formalis secunda est eiusdem operatio reflexa  
sive intentio in obiectum tendentia. Quinto, intentio obiecti-  
na prima est obiectum per cognitionem directam cogniti,  
secundum esse quod habet a parte rei. Sexto. Obiectiva  
secunda est idem obiectum non secundum esse proprium  
sed quatenus est cognitum.

Dico primo. Non omnia Entia rationis sunt secundae inten-  
tiones: sed illa tantum, quae in obiectis finguntur tanquam  
velationes. Prima pars patet. Nam Chimero ficto, et ci-  
uitas per modum Entis positivi concepta, sunt Entia ratio-  
nis et non secundae intentiones. Secunda etiam patet. Nam

intentio obiectiva secunda correlative sumpta, est est 31.  
rationis Logum, Dixi correlative sumpta, cuius formale  
significatum est volens in obiecto denominato conficta.

Nam si accipiaturs quasi passivus cuius formale significa-  
tum est cognitio, non est ens rationis, cum includat subiec-  
tum et cognitionem: correlative autem tantum dicit forma-  
liter relationem, cui ex alia parte correspondet cognitio.

Dico Secundo Nullam intentionem formalem sine prima  
sine secundam esse ens rationis Ratio namq, est verbi  
intellectus operatio, in ipso intellectu realiter inherens.

Illud igitur absolute dici solet prima intentio, quod na-  
menit verbum etiamsi prius a nemine fuerint intellecta,  
ut parietem esse album. Secunda autem intentio quod  
verbum conuenit, quatenus intra cognita aliquam denomi-  
nationem extrinsecam habeat, ut parietem esse subiectum,  
aliquid esse antecedens, consequens, &c. De his ait  
Toletus in Porphyrium q. 1. c. Et haec de en-  
te rationis sufficienti.



24. Janua:

# DISPUTATIO V.

## De distinctionibus.

Disputationi de universalibus hanc praemittimus, ut ea  
quae de universalium Distinctione dicantur clarius et ordinati-  
us intelligantur. Rem vero totam questione unica, Tibijs ab-  
que expendimus.

### DUBIUM I.

Quid sit distinctio in genere.

Dico primo res inter se non distinguuntur per al-  
liquam relationem aut aliud reale sibi superadditum. Ratio  
Dens a creaturis distinguitur, se ipso et non per aliquam relati-  
onem: cui non Deni foret in creaturis. Secunda ratio, quia  
(ut bene docet Socrates de 40. Metaphisica sec. 4. num 9)  
ut res per se ipsam et ex ita una et indivisa a se ip-  
sitate ab alijs. Esse enim distinctum nihil est aliud  
formaliter, quam hoc non esse illud. Deinde, si illud se-  
per additum distinguitur a re cui superadditur, quare per  
quid distinguatur? an universum per aliquid aliud? Sic du-  
bitatio perinde in infinitum. Si se ipso Deni de quolibet

Ente Die potest.

32

Dico secundo. Res quilibet sua Entitate est una: et  
 distinctio formaliter est multitudo, sine pluralitas. Unde,  
 Unitas vero sine Identitas distinctioni opposita est ipsa  
 rei unitas atq; Entitas eadem. Patet tam ex dictis,  
 tam ex decimo Met: scilicet. q. quod inquit Divisum est  
 multitudo est; quod non Divisum, unum. Dixi (Identitas  
 distinctioni opposita) quia Identitas opposita Diverso sub-  
 stantialiter est relatio substantiae, quae est inter plures  
 substantias. Hinc colligitur quae dicuntur distingu-  
 i scilicet, quae sunt multa Entia. Ea quorum unum habet  
 Entitatem, quorum una non est alia. Ratio. Si enim  
 una Entitas est alia, non est nisi unitas. Sine De uni-  
 tate recte loquamur, sine De unitate rationis, sine De  
 Entibus rebus, sine rationis. Distincta enim sunt,  
 quae sunt plura, quae non sunt idem, quorum unum  
 non est alterum. De quibus novum est dicere hoc non  
 est illud. Vid: Tol: q. 3. post p. 12. Scavitz. Dir: 7. Met: Ver: ipse



Dis: 4. et Theologus ibi agens de attributis Dei. Canari,  
ensis i par. q: 30. art: 3. Caietani ibi. Son: s. Met: sup: 6.  
q: 6. et.

## DVBIM. II.

Quotplex sit in genere distinctio.  
*Disco breviter. Est duplex, realis siue ex natura rei,*  
et rationis, siue per intellectum. Est Caietani. i par: q: 58.  
art: 2. Ockam, gabriel, gregorius, Durandus, i. Dis: 2. Son,  
cixas, 7. Met: Soter q: 3. hic. Hervani, quodlibeto 3. et quae  
citatur Forseyra hoc docent. Ratio. Si enim sit actualis ex-  
istens multando ante intellectus operationem erit realis,  
si vero a parte rei unica est Entitas, quam per modum  
multarum, intellectus concipiat erit distinctio rationis  
tantum. Nam quicumque distinguuntur realiter unum  
illorum aliquid reale habet, quod non alterum: aliter  
nim non esset duo sed unum. Patet a priori. Distin-  
ctio enim est pluralitas, si sit verum erit realis, si sit  
in eodem rei et plurimum intellectuum erit rationis.

## DVBIM. III.

## Quottuplex sit distinctio realis. 33

Respondeo Duplex. una maior realis altera modalis.  
Realis maior est inter illa, quorum unus existere potest  
sine alio, et contra ut, *Deus et Angelus, panis et eius*  
*quantitas, Sapor, color etc.* Minor vero sine modalis, quan-  
do unus potest existere sine alio, sed non contra, ut *nasus,*  
*31<sup>a</sup>* et eius similes. in *flexu Digiti, et Digiti ipse. Ratio. Quia*  
modi rerum se quibus uniantur rebus primum sunt modi,  
et non per aliam unionem, sed sunt ipsa unio, quae cum in-  
eo essentialiter consistat, ut sit actualis duorum necesse,  
vis requirit duo extrema quae connectat; aliter enim esset  
potentialis unio, et non actualis.  
Huc spectat distinctio includentis et inclusi, quae intelligi-  
tur, totum distinguitur ab una sui parte, ut *homo ab*  
*anima,*

## DVBIVM IV.

Quottuplex sit distinctio rationis  
Dico. Duplex. rationis ratiocinatae, et rationis ratioci-  
nantis. Vel enim haec distinctio, habet in re fundamentum



vel non habet, si primum est ratiocinante, si secundum, ut  
ratiocinante. 374

Illa est quam intellectus fingit, propter fecunditatem, cog-  
noscibilitatis alienius obiecti, quod cum sit principium plurium  
operationum vel proprietatum; concipitur a nobis modo ut e-  
illius radix, modo ut alterius. Et sic conceptus inadæqua-  
tis, rei eadem, una a parte rei sapiens concepta ratione a  
se ipsa distinguitur. Verbi gratia. Anima nostra, ut est  
principium iuste, ut sensationis; ut discursus.

Distinctio rationis ratiocinantis in re non habet fundamen-  
tum, quia est eadem rei conceptibus adæquatis iterato con-  
cepta. Ut cum dico Petrus est Petrus. uestis est induen-  
tum, eadem enim rem ut est subiectum a se ipso distin-  
quo ut est prædicatum.

Hæc autem distinctio cum fundamentum in re non habe-  
at, est eiuſdem rei, quæ ut subest uni Enti rationis, differt  
a se ipsa quatenus subest alteri; et ideo dicitur rationis  
ratiocinantis, quod sit distinctio solum per Entis rationis  
factum ab intellectu, ratiocinante, id est intelligente, et  
quasi Entis rationis fabricante.

# DVBIVM V

34.

20<sup>o</sup> Jan: #

Vnde oriatur distinctio rationis ratiocina,

Respondeo ex duplici <sup>ta.</sup> capite. Primo ex rei aliusque p.  
fectione, sine intellectu, nisi imbecillitate. Cum n. ver. aliquid a parte  
rei, omnino simplex, propter eminentem suam perfectionem, in omnia  
prestat, quae a plurib. rebus imperfectioribus prestantur: fit, ut il-  
lam perfectiorem rem, diversis actib. intelletus apprehendamus,  
ut multam, eo quod illa unica res, multis aequivalent, cum sola prestat  
id, quod plures res aliae prestant solent. ut. licet Deus  
sit Entitas simplicissima, in eo tamen (ut bene Socrates dicit,  
Met. sec. 1. nam: 25) distinguimus institum a misericordia,  
qui non concipimus simplicissimam virtutem Dei, prout in se  
est, et secundum totam vim suam, sed eam conceptibus par-  
tibus in ordine ad diversos effectus, quo ut principium illa  
emittens virtus, vel per proportionem ad diversas virtutes,  
tis quas in homine invenimus distinctas. Sic cum pro  
ingenij nostri imbecillitate anime rationis tota quidditatem



utro conceptu negantem complecti, id plaribus conceptibus  
inadequatis facimus. cumq; ut est sensus sensationis prin-  
cipii distinguimus a se ipso, quatenus est principii intellectus,  
titoris, vel negationis. Vid. Tol. cap: de sta, q: 1. 2. fundamen-  
tu. et D. Tho: 1 par: q: 13. art: 4. ubi dicitur pfectiones  
verae de unitate in Deo, et tri. nomina illarum non de sym-  
nima: quia scilicet vera qdem eandem significant, sed non eodē  
modo a nobis conceptam.

Quæres, quare dicitur ratio variata: R. primo dicitur ratio qd  
fingitur p rationem, cum venera ista distinctio non reperitur a  
parte rei, R. 2. dicitur variata, qd res ipsa q ista disti-  
guitur est simplex, sed pbet fundamentum et occasionem  
huius distinctionis, tam propter ipsius rei convenientiam, quod in se  
cohibet aliqua q in re inferioris nunc sunt corpore, tum  
propter habitudinem ad res alias seu opes inter se realliter  
distinctas. ut de Dei pfectione, et aliis ratio dictum est.

29. Janua: Quæres secundo distinctio formalis sit ne realis an m., 33<sup>a</sup>  
tionis? Res: ebo rationis ratiocinata, siue sit inter res  
que tantum ratione distinguuntur, et substantia Petri,

et rationaliter Petri, siue inter se realiter distinctas, 35.  
ut Alexandri et Quicofali; aliquando tamen sunt eadem for-  
maliter, siue essentialiter, quae realiter distinguuntur, ut Pe-  
trus et Paulus

## DVBIVM VI.

Quae sint regulae ad distinctiones verum dignoscendas.  
Suppono primo. illa distinguuntur essentialiter, quae ha-  
bent diuersa praedicata essentialia, siue illa realiter sint dis-  
tincta, siue ratione tantum. Eadem vero essentialiter sunt,  
quae non habent illa praedicata diuersa essentialia.

Suppono secundo. ea formaliter distinguuntur, quae non repre-  
sentantur eodem formali conceptu, ut Deus et Deitas,  
sapientia et iustitia Dei, Petrus quatenus animal, et quae-  
terius rationalis. Conceptus autem formales sunt diuersi,  
et non synonymi, quando aliquid cognoscitur uno, quod non  
altero

Suppono tertio, si duas res uideamus, inter se esse distin-  
ctas (ut sunt duo supposita u.g. Petrus et Paulus, aut



accidentia in distinctis suppositis, verbi gratia rubor Petri,  
et rubor Pauli,) satis apparere distinctionem realem. Constat  
enim unum, non esse aliud, nec ullum vestigium, realitatis in  
veritatibus naturaliter habemus.

Hic positis. Dicendum igitur ad cognoscendam distinctionem  
realem haec duae regulae generales assignantur certe, prima  
est. Quando una Entitas sine alia in rem natura exis-  
tere potest, fit distinctio realis sine ex natura rei. Secun-  
da. Duae relationes mutuae, omni-que opposita relatione, dis-  
tinguuntur ex natura rei.

Prior regula docetur, cum ab alijs, tum a Sacerdotibus, et  
alijs ingentem catalogum tenet, Theologorum et Philosopho-  
rum, qui hanc regulam utuntur, probatq; primo, ex 7. To-  
picorum, cap: 1. locis. ubi dicitur. si potest alterum sine  
altero esse non erit idem. Deinde ex Dico Augustino  
8.º de Trinitate cap: 5. ubi ex hanc regulam, probat,  
magnitudinem, colorem, figuram, in eodem corpore dis-  
tingui realiter, sine aliud atq; aliud esse. Rationi patet.

si enim posset alterum existere, sine altero, et sit idem <sup>30.</sup>  
realiter cum eo, sequeretur idem posse a se ipso separari, p  
impossibile, si enim non existit, remanet nihil est, quod autem  
existit remanet est aliquid. quod si sit idem cum eo quod non  
existit, erit nihil. Quenadmodum igitur quae habent con-  
ceptus formales, diversos, ratione distinguuntur: ita rea-  
liter ea quorum conceptus obiectivus unus, potest existere,  
non existente conceptu obiectivo alterius.

Secunda regula probant Theologi tres divinas personas  
distingui inter se realiter, licet ab essentia divina non nisi  
formaliter. Deinde de relationibus creatis patet in  
capite de relatione, ubi probabitur, relationes identificari  
realiter fundamento et terminis realiter distinctis.

34. Hinc patet, quod ea quae ita se habent ut una illorum existere  
possit sine alio, et contra, distinguuntur realiter ut rem a re: si  
vero unus tantum sine alio possit existere et non contra,  
distingui tantum modaliter, ut ubi ab ubi, uno a partibus



unitis, actio a termino, satisfactio, a colore. ut notat Vossius.

quoniam 12<sup>a</sup> dist. 79. cap. 9. num. 40.

*Obijciat primo.* potest existere fundamentum non existente relatione, ut si gradus albedo sine similitudine, si videlicet u, na sit in rerum natura. Ergo fundamentum distinguitur a relatione realiter. *Res.* Nego consequentia. Fundamentum enim et relationis Entitas eadem est, ac prout si dicas, non existente Entitate relationis posse existere Entitatem fundamenti; id nego. Sin uero, uobis relationem non omni, nere dum perit terminus; concedo, sed tunc nego Entita, tem relationis perire. Relatio enim non incipit nec des, nit esse, propter constitutionem, aut inceptionem Entitatis in, trinsec, sed extrinsec tantum, scilicet termini. Nam pariet, alius relationem similitudinis acquirere, non quoda, liqua nova Entitas albedini q̄ est fundamentum relatio, nis adueniat; sed quod illa ipsa Entitas albedinis non pos, sit dici similitudo nec parietem denominare relatum, nisi termino existente; id est nisi existat res aliqua quae simili

colorem habeat.

37.

Obijciat secundo, Tres Personae in Divinis distinguuntur reali,  
ter, et tamen non potest una existere sine alia. Ergo falsa  
est prima regula. Res: nego consequentiam. Dicitur est e,  
non in prima regula realiter distinguui ea omnia, quorum  
unum existere potest non existente alterius Entitate; sed in  
est dictum quod sola illa realiter distinguantur. Quae enim  
haec prima regula non comprehenduntur, ad secundam sunt  
examinanda. unde licet paternitas non possit existere sine fi-  
liatione, distinguatur tamen ab hac realiter, quia ei oppo-  
nitur relative. Ut igitur probemus absolute aliquam  
distingui, sine idem esse realiter, probandum est, ea nec  
mutua relatione reali esse opposita, nec Entitatem unam  
ab Entitate alterius posse separari: sine utroque separata  
existere possint, sine unam tantum.

Quaerit an res eadem plures possit habere Definitiones?  
Res: si diversimode concipiatur, potest; alias non. ut anima  
intellectus, voluntas.



# TRACTATUS.

De universalibus in communi.

## DISPUTATIO VI.

De ijs quæ pertinent ad vniuersalia in com-  
muni absolute considerata.

31. Iunias

## QUESTIO I.

Quid sit vniuersale?

Quot et quibz modis vñte accipiat, tradunt Lo.,

jici hic, et inter ceteros Toleros, Quibus, et Saures, Tit. 8. Mor. sec.

uione 8. Et quibus aduerte. Vniuersali fere nominis signi-

ficatione esse nomen quod ad multa quomodocumq; pertinet.

Et accipi solet quatuor modis.

Primo dicitur vniuersale in causando, id scilicet cuius virtutes

virtutes ad plures effectus se generaliter extendit, ut Deus, Sol

Secundo in representando, quod multarum rerum est signum.

ut fœdum in mente artificis, terminus p. Dei. vñter inuocat.

Tertio in effecendo, quod fingitur unum certum esse multo, 38.  
vni substantia ut fides Platonice.

Quarto in predicando, quod de multis diuim potest predicari,  
vi cum in iisdem insit. Et de hac agimus infra.

## DVBIVM I.

Quomodo definiatur universale Logicum?  
Varia Definitiones afferunt authores citati, ex sep,  
timo Met. iii. 4. 3. i De partibz animalium cap. 4. 3. Metaph. ii.  
i post: cap. ii. in fine. Ex quibz hec sunt notanda. Vniuersa  
le est, quod est aptum rationi inesse pluribus. Quod est unum  
in multis non equiuocum. Est aliquid unum nomine et rati-  
one, aptum ut communicetur pluribus, per multiplicationem  
illius rationis in qua est unum. Ex qua Definitione patet,  
cur equiuoca non sint uniuersalia proprie, quia non sunt  
unum ratione: nec Deus sit uniuersale quia licet de  
pluribus personis diuinitus dicatur: non tamen multiplicatur  
ratio Deitatis in illis personis sicut ratio humanitatis  
in pluribus hominibus multiplicatur.  
Usitata autem definitio haec est. Quod unum est et aptum



in esse pluribus eadem omnino ratione. Item haec descri-  
ptio. Quod aptum est predicari de pluribus eadem ratione  
simplex uere, affirmative, directe, singula, universaliter, seu  
cum signo universalis. ut omnis homo est animal. Petrus  
est animal. Scimus hanc omnium hic est. Universale est  
natura sine omni individuatione concepta, per modum unius  
entis indivisi, communis multis, et habens proximam aptitudi-  
nem, ut inest pluribus per sui multiplicationem, et de his  
predicetur. ut animal.

## DVBIVM II.

Quot ad universale requirantur?  
Dico breviter, ex allatis definitionibus patet,  
duo esse necessaria et sufficere, ut res aliqua sit universalis.  
Primo, ut sit una. Secundo, ut sit communicabilis, seu apta

i. Februarij in esse pluribus per sui multiplicationem. Vocatur autem haec  
unitas praedictio, minor numerati, numeratis obiectiva, forma,  
habet naturam abstractam a singularibus. id est in communi con-  
siderata, sine solitarie, et sine ulla singularitate concepta.

Hinc colligitur primo. Universale duo includere, materiale 39.  
scilicet et formale: illud est ipsa natura communis, quæ re,  
nominatur universalis, et dicitur res abstracta, ut animal,  
hoc vero est unitas et aptitudo essendi in multis, diciturq;  
universalitas

Colligitur secundo. quod quando queritur an investigata natu-  
ra animatis sit univ. &c. ex se sine essentialiter, nec uni-  
versalem nec particularem esse. Sed de particularem si ha-  
beat individualem differentiam; Universalem vero, si so-  
litarie sine inter concepiatur. Si queratur an anima ho-  
minis abstracta ab individuis sit universalis. Respondendi,  
affirmative, quia ut sic habet illas duas conditiones, uni-  
tatem scilicet, et aptitudinem simul essendi in multis,  
nec obstat quod sit hoc incompletum.

Colligitur tertio. Universalitatem esse denominationem in-  
trinsecam, quia univ. est in ipsa natura abstracta cum nihil  
sit aliud, quam unitas cum aptitudine multiplicationis.



Quia vero dicitur extrinseca denominatione, ab actu in-  
tellectus. Verum Natura universalis non dicitur universale  
formaliter a processionem; sed ab unitate et aptitudine ex-  
plicata, quam habet. Sicut igitur non dicitur formaliter  
aptus ad ~~consequendum~~ <sup>consequendum</sup> ab approximatione, sed a potentia con-  
sequendi quam habet.

Nullo autem modo concedendum est universale formaliter esse  
se eius rationis nam modo ratio sit precisa, ab individu-  
is apta est pluribus inesse, etiam si à nullo alio eius  
rationis fingatur.

Natura igitur quantum precisa specificatione, est universalis;  
quantum una et apta per sui multiplicationem pluribus in-  
esse; reduplicative et formaliter est universalis

### DVBIVM.III.

Utrum universalis sint res, an tantum nomina, et  
conceptus formalis?

Venerabilis inceptor, et eius a secula ita loquuntur,  
ac si salus uicer in significando, et conceptus formalis

in representatione universales admitterent, unde et nomine 40.  
les dicuntur, et quod universalia non in rebus sed in nominibus  
esse asserere videntur. Quam opinionem Savoy. seu gen. 8.  
non credibile putat in aliis Philosophi mentem manifeste.  
Vnde putat esse tantam questionem de nomine.

Dicendum igitur omnino dari res sine conceptus obiectis  
vero universalibus. Et certissima et communissima. Vid. Tibi hic  
p. 1. et 2. Solam enim. Præterquam autem Savoy. seu 2. et 6.  
hic quæ: i. Et Por primus ex Aristotele, qui reprehendit  
dit eos qui dicunt nihil esse præter singularia, docet  
Universalia non esse a rebus separata, scientiam esse  
de rebus Universalibus, quæ in singularibus inquit esse  
sunt, Quoniam alias esse universales, alias particularia,

37<sup>a</sup> res, secundum periculum minus capi: et Por secundatione talis \*  
quia universale est id quod potest de pluribus predicari,  
ut Petro et Paulo sed non de his predicantibus nec con-  
ceptus singularis. J. et. Tam quia sunt non sunt solam



De vocibus ergo etiam de rebus R. singularibus, ergo univ-  
ersalibus. tum denique audita hac voce animal formamus  
conceptum per quem aliquid representatur: non utrum animal  
singulare: quare enim hoc potius quam aliud? non omnia  
etiam animalia in specie et singulari, quasi et omnes equos  
et omnes homines cognoscimus, ut experientia patet. Ergo  
representatur res universalis, id est natura animalis si-  
ne ulla individuitate.

Obijciunt Nominales primo. Omne quod est extra animam  
est singulare: vel enim est Deus vel factum a Deo  
per aliquam actionem: At actio terminatur ad singu-  
lare. Ergo omnis res est singularis. Quid uero obijci-  
tur res que existant a parte rei concipiatur cum individuali-  
bus differentiis quas habent: Si uero aliqua natura si-  
ne his concipiatur illa erit universalis.

Obijciunt secundo. Artes capite de substantia ait, scien-  
das res significare qualem quid. Ergo secundum substantiam

sunt nomina. Res: ibi per secundas substantias intelligit 41.  
nomina secundarum substantiarum; per primas nomina pri-  
marum. Toto autem fere illo capite agit non de nominibus  
sed rebus. ex ipso textu manifestum est.

Ex quibus patet primo. Argumentis nominalium probari  
tantum universalitatem non esse in rebus prout a partibus  
existunt; sed convenire illis prout sunt obiectum in intellectu,  
considerante aliquam naturam sine singularitate.

Patet secundo. Rem singularem in sensu composito non le-  
universalem sed bene in Divino. si videlicet patris et soli-  
tarie naturae humanae. ut. Petri sine Petreitate conve-  
retur.

## QUESTIO II

De distinctione Universalium.

### DUBIUM I.

An detur Universale separatum a singularibus.



4 Febru.

Aduerte quosdam fuisse Pto<sup>l</sup> Platone antiquiores  
qui scientiam e mat<sup>re</sup> tollentes dicebant nos nihil scire, eo q  
re omnes singulares ac in perpetuo fluxu, et prout de illis  
ut pote aduersis et incertis nullam haberi scientiam. Vniuersa  
lia vero nulla dari, quod tum experientia, tum ratione proba  
re nitentur. Nam primo nihil ullo sensu percipimus, quod  
non sit singulare. secundo quod per determinatam finit acti,  
omn<sup>ia</sup> sunt singul<sup>aria</sup>: at omnia ita finit. Neque enim ul  
la datur uniuersalis actio per quam aliquod uniuersale pro  
ducatur. In hac sententia fuer<sup>unt</sup> Heraclitus et Cratylus.  
Plato ne istis asseriti uideretur cunctisq<sup>ue</sup> rem singul<sup>aria</sup>  
et caducam non haberi constantem scientiam, dicitur ex  
cogitasse in ea quosdam sine formis uniuersales spec<sup>ies</sup>  
a parte rei existentes, seimatas ab omni mat<sup>re</sup>, loco, et  
tempore. u<sup>g</sup>. Hominis speciem communem, cuius participatio,  
ne et ueluti sigilli impressio quosdam singuli homines  
naturam humanam sortirentur. Hanc Doct<sup>or</sup> de suis sententiis

prædicari, et per scientias cognosci volebat Plato. Verum 42.

non ita Plato senserit non est verum, aliqui enim Artem  
rearguunt quod ita contra Platonem egerit, eorum fuerit  
imitatio, qui multos antiquis Philosophis falso imponente  
volunt, Platonem per Ideas intelligisse rationes rerum crea-  
tarum in divina mente ab æterno existentium. id. Socrates.

Sec. 2. num. 3. Alij excusant Aristotilem, nec putant pro Socr.

Cabale Platoni adhuc viventi et recenti eius memoria Ideas  
impositum fuisse nisi id revera Plato sensisset: De  
inde cum Plato ita de Ideis fuerit locutus ut instans de-  
ret reprehendendi causam: iure Aristoteles contra Ideas  
huc modo explicatas agit.

Ceterum quicquid Plato senserit, certum est non dari ullam  
entitatem a parte rei a singulis distinctam, ut ex un-  
vis his Aristotelis communis Philosophorum schola docet.

Pbr. primus. Quicquid non est Deus, si existat accipit esse per  
aliquam particularem actionem. Ergo est singulare.



ergo de eo non potest haberi scientia, quod est contra  
Platonem. *Plur. secundus.* Si sit unq. homo continuus, a sin-  
gulis separatus non poterit de Petro in recto predicari, cum  
ecce sit idem, nec a eo includatur sicut gradus hominis  
includi potest dicens. *Plur. tertius.* Quae sunt extra es-  
sentiam aliamus unq. Petri, possunt cognosci absq. eo quod  
ingressetur naturam Petri: ergo cum illa hominis sit se-  
parata a Petro, etiam si cum quis ingrederetur, non agnos-  
cet Petrum: ergo frustra a Platone ad scientias verum  
unfrigitur. Nec fundamentum Platonis consistit, tum  
quia verum etiam corruptibilem et singularem (saltem  
mediate) dari scientiam, et quomodo ostendetur in lib.  
no posteriorum: tum quia ut de universalibus veris ha-  
beat scientiam, non est necesse illas esse a singula-  
ribus separatas acta; satis enim est quod per intelli-  
tum in communi considerentur: tum quia licet q

sententia per se sunt singularia; et intellectus eorum<sup>43</sup>.  
universalia intelligimus. Denique res duobus modis con-  
siderari possunt. primo quantum multipliciter existant, secun-  
do quantum perpetuum habent praedicationem essentiali  
concretionem, in hoc possibili ipsius naturae fundamentum.  
Primo modo sunt fluxa, nec de ijs habetur scientia  
immediata: Secundo modo et quantum a singularibus veram  
naturam abstractivam sunt certi, aeterni, et scibiles.

## DVBIVM II.

Quomodo natura Universalis a singularibus  
distinguitur?

3<sup>a</sup> Dico primo si consideramus naturam universalem quae est  
in Petro, cum singularitate quae est in Paulo, et absolute, naturam  
unius individui cum alterius individui singularitate, cer-  
tum est distinguere realiter. Patet quia enim naturaliter pos-  
sunt esse in diversis locis, nec sunt una res, sed realiter dis-



Et distinguatur. Secundo potest annihilari unum remanente al-  
tero ut Petrus remanente paulo et eius natura ergo reali-  
ter distinguatur, ut patet dis. 5. Dubio 6.

Dico secundo Si natura universalis in singularibus existens,  
confertur cum eodem individuo in quo est, neq. a singu-  
laribus, neq. a singularitate eorum differt ex natura rei. Pro  
primo ex regulis supra traditis Dub. 6. Nam ut ibi diximus  
Distinctio realis cognoscitur vel ex oppositione relationis, vel  
ex separatione utriusque. Sed hic neutrum dici potest, non  
primum ut ut. natura Petri et eius singularitas non opposi-  
tantur relatione, si secundum, si enim possunt separari, non  
nihilatur singularitas sine differentia individui. quod  
si fiat remanentibus natura universalis sola, quod non  
sit singularis, contra Axiom. 3. Met. tel. 12 et 7. Met.  
tel. 51. et 54. et contra rationes quibus probatur non  
posse dari Ideas Platonice. Pro secundo. Non sunt

multiplex secunda. Ratio sine necessitate. At nulla hic 44.  
est necessitas. §. Pro minor. Si quæ enim esset neces-  
sitas ex maximo esset quam suis rationibus scutas probare  
conatur. Sed rationes istæ ut patebit non concludunt. Ergo.

Pro. 3. contritionem torrentis Philosophorum, & soluta appa-  
rent, capta, abruunt.

Dico tertio. Differt natura universalis a singulari in quo  
existit ratione rationata. Patet. Nam illa dicitur ratio,  
hæ rationata distinguere, quoniam a parte rei est una  
simplex entitas, quæ per intellectum diversis conceptibus  
in plures dividitur, sed natura universalis in qua est sin-  
gularis ita se habent. §. Minor prior pars probata est,  
ex precedenti conclusione. Secunda pars probatur primo.

Quando enim demonstratur de natura aliqua communi pos-  
siones et proprietates exprimitur obijci nostro intellectui an-  
tquam in communi tantum et non singularem. Pro secundo.



illa distinguuntur ratione rationata, quæ ex sua cognoscibi-  
litate facultate diversos conceptus intellectui sug-  
gerunt, sed hæc ita se habet. §. Quia enim videmus in  
aliquo singulari esse principium operationum similitum, sine  
communem cum alijs individuis, conspiciamus naturam seu  
essentiam: quia videmus esse distinctam a qualibet alia re, con-  
cipimus differentiam individualement, sine principium determi-  
nate unitatis. Quomodo igitur ratione eiusdem  
entitatis (anima scilicet rationalis) Petrus ut est principium  
rationandi est homo ut sensationis, est animal, et  
vegetationis est vivens, et debite quantitatis est corpus,  
et per se subsistendi est substantia: ita pari ratione Petri  
entitatis ut est principium operationum communium ag. vi-  
vendi, sentiendi, rationandi: est natura sine essentia, et  
eodem entitas est principium determinate unitatis, est  
singulare sine individuum.

# DVBIVM III.

## Soluntur argumenta Scoti.

Primum. Obijcit Scotus, si essentia hominis non differet, s. Feb.  
 vel ex natura vel a singularitate Petri, non posset sine ista  
 definiti. sed ut patet definiti potest nihil cogitando de sin-  
 gularitate. g. Maior p̄ter si enim non differet ergo ea dem  
 uel singularitatem includit. Quod si ita est quando unum de-  
 finitur definitur et alterum. R. negando maiorem. Ad p̄p̄-  
 bationem dico ut definitur unum sine alio sufficere deſti-  
 nationem rationis ratiocinatae, alias enim essentia Dei a ve-  
 latibus diuinitis, sapientia, a bonitate Dei, distingueretur  
 ueritate (non habent diuersas definitiones) quod est  
 falsum. Potest enim eadem res diuersimodis concepta,  
 plurius definitionibus explicari, quando uerba definitione  
 non exhaustiue tota ratio et cognoscibilis quidditatis il-  
 lius rei. ut patet in exemplis allatis. Et in rebus creatis



actus et passio sunt idem realiter, sunt distinctio definiti-  
onibus cognoscuntur. Hoc fundamentum et solutio. Item

ratio erit in communi et ratio erit in particulari. Vd.

Alensem s. Met. t. 20

Secunda obiectio. Si individuum Petri non differt ex natura  
rei ab eij essentia, ergo est eadem res. ergo est de eius es-  
sentia ~~esset~~. Quia nihil magis est de essentia alius, quam  
id quod est idem cum essentia. Q. concedo priorem conse-  
quentiam, et posteriorem identitatem loquendo, formaliter, non  
et absolute hanc nego eij, probationem. Nam ut dicitur  
est Paternitas est eadem res cum natura Divina, et actio  
cum passione; nec tamen Paternitas est de essentia natu-  
re Divina, nec actio de essentia passionis. Eadem enim  
entitas concepta ut est principium passionum et operatio-  
num dicitur essentia: ut vero principium omnimode dis-  
tinctivum, est unitas. Unitas vero Petri sine singulari-  
tas non est principium passionum formaliter loquendo.

Obiectis tertio. Si humanitas et singularitas in Petro sunt 48.

Idem ergo, sicut Petrus et Paulus habent distinctas singula-  
ritates sine conditione individuationis, habebant distinctas na-  
turas et per consequens differunt essentialiter. Quod nego  
ultimam consequentiam. illa enim sola differunt essen-  
tialiter, quorum unus habet aliquod essentialis prædicatum, quod  
non habet aliud. Vnde licet Petri et Pauli natura sint  
veritate distinctæ: nego tamen illas differre essen-  
tialiter: essentialis enim distinctio: non attenditur pe-  
nes distinctas naturarum entitates; sed penes diffi-  
mitudinem actionum et proprietatum. At proinde hi,  
et homines habent singuli singulas naturas numero et  
entitati diversas non distinctas tamen diversas habere  
essentialis, sed eadem: quia scilicet omnes sunt hominum  
operationum principia.

Quod vero aliqui probant Dei existentiam esse Deum



essentia, eo quod essentia identificate; verum dicunt, si  
male probant. Si enim consideremus qualem relationem  
divinam esse de essentia nature divine, quod est falsum.  
Ideo enim existentia est de essentia nature divine, quia  
in huius conceptu includitur. In conceptu vero creaturarum  
existentia non includitur, sicut nec singularitas; ac proinde,  
neq; existentia, neq; hecetera pertinent ad essentiam cre-  
aturarum.

\* Ad has et similes objectiones solvendas, duo sunt diligenter ad-  
vertenda. Primum quod sit differre realiter, ratione, forma-  
liter, essentialiter ex disputatione quinta. Secundum diligen-  
ter memoriam mandandum dictum primum et tertium prece-  
denti dilig. cum explanationibus ibi datis.

## DVBIVM. IV.

Quomodo gradus generifici et specifici in eodem  
individuo distinguantur.  
Dico breviter ratione ratiocinata. Patet ex Dubio sq.  
unde maxime conclusionem tertiam et secundam eius probatione.

Et confirmatur primo comari Philogoporum antequam te 47.  
contra Sextum. Secundo. Sicuti differentia specifica differt  
a<sup>6</sup> individuali, ita gradus genericus a specifico; sed illa diff.  
fert tantum ratione in eodem individuo; Inquit hic. Tertio.  
Aliud dicendum esset aliquid esse in Angelo quod in sua ex-  
tensione non esset spirituale. u.g. gradus substantie, et in  
lapide aliquid esse, quod non sit corporale. u.g. gradus sub-  
stantie.

Obijciat primo. Si in homine u.g. non differt gradus animalis,  
a gradu rationali, sequatur hominem secundum eandem rem  
esse similem et dissimilem equo. Nam homo et equus  
habent identitatem in ratione animalis, diversitatem in  
ratione propria differentie essentiali. Quomodo igitur  
cum Identitas et Diversitas, similitudo et dissimilitudo  
respectu eiusdem sint relationes oppositae, possunt convenire,  
nive homini secundum idem? Res: Non esse absurdum  
eandem rem propter suam perfectionem distingui per illam



in varios conceptus, eadem enim Entitas ut est simplicium  
operationum principium est similitudo; ut propriam et de  
similitudo. Atque ita non sunt due relationes iste oppositae  
sed disparatae, nec realiter distinctae sed ratione tantum, scilicet  
data in eminentia et perfectione rei simplicis ut animalis  
sive essentiae.

Obijciat secundo. quia creaturis maiorem compositionem debere  
reperi quam in Deo. sed in Deo reperitur compositio per  
intellectum. ergo in creatura quae composita ex genere  
et differentia est compositio realis. Quia multiplex in  
creaturis est compositio quae in Deo non reperitur, ut est  
compositio ex natura et subsistentia, accidentibus, actibus,  
ubi est res tamen absurdum est, rem aliquam creaturam  
esse omnino simplicem ex natura rei, sicut Deus est sim-  
plex. ut sunt animae rationales, differentiae specificae ubi  
sunt et individuantes, quae certum est non componi ex

Diversis gradibus, quorum unus conveniant cum alijs, Diff. 48.  
ventijs et alio ab alijs differant. alius enim dicitur pro,  
cessus in infinitum.

Obijcie tertio. Si gradus generis et differentie tantum in,  
itione ratiocinante distinguantur, poterunt summa genera et  
ultima differentie esse vera genera, cum non abstant  
compositionem rationis. Q. Ebi solum posse per intellect  
fieri compositionem ex genere et differentia, ubi rei condi,  
tio et quidditas impeditare potest conceptus. qui ad genus  
constituendum requiruntur. Habet enim omnis distincti,  
o rationis ratiocinante fundamentum in re: in summo us,  
vo genere et ultimis differentijs est sufficiens fundamē,  
tum ad aliquam distinctionem rationis, sed non est suffi,  
ficiens ad gradum distinctionem, qui ad genus et dif,  
ferentiam constituendam requiruntur.

## QVAESTIO III.



An et quomodo Vte fiat ab ittu.

7. February. Suppono primo, cum communi sententia, Quicquid exis-  
tit, esse a parte rei Singulare, nec dari ullam unitatem a parte  
rei, quae non sit identitativa cum singularitate, ac proinde  
res esse unae fundamentaliter tantum. Verbi gratia, Petrus  
et Paulus et ceteros habere fundamentaliter unam naturam.  
Id est singulis singulis habere naturas quaelibet suam pro-  
priam. et actu tot esse naturas, quod sunt individua, quae tra-  
men possint praebere fundamentum intellectui ad unam com-  
munem naturam abstractivam: quia scilicet ~~quod~~ ~~poss~~ habet  
inter se aliquam convenientiam in qua fundantur relationes si-  
militudinis et identitatis: et oritur communis quaedam ratio  
ob quam ante operationem intellectus res dicuntur (altem  
remote) definibiles, et generali conceptu cognoscibiles. Ad  
positu. Questio est, an universale sit actu per operationem

intellectus nec ne. quae de re tres sunt opiniones, quas 49.  
totidem dubiis expediemus.

## DUBIUM I.

Utrum natura realiter existens in individuis ex  
se sit universalis.

Partem affirmantem sequitur Scotus. Antonius An.  
Dreus. Joannes Mostorinus, ut habet Savius Sec: 2. n. 114. Pro,  
bari potest primo. Impliant esse relationem realem sine fun-  
damento: sed a parte rei duo alba habent relationem rea-  
lem similitudinis: duo homines identitatis. Ergo et fundame-  
ntum. Haec autem fundantur in unitate ut patet 5. Met: text: 20.  
Cum etiam a parte rei habeant multiplicationem cum a par-  
te rei universalis.

Secundo. Si duo hominis individua non sunt a parte rei unum  
specie, Ergo sunt diversa specie: non enim datur medium.  
Si sunt duo unum specie: Ergo aliquam habent unitatem, spe-  
cificali scilicet. Et sic dubitatio aliquid universale a parte rei.



Partem negantem ut veram cum meliori nota Philosophis sc.  
quidem. Qui afferunt naturam in individuo existentem non  
esse a parte rei universalem. Et breviter ex supposito  
precedenti, quia subiect quicquid existit a parte rei, vel et  
per suam differentiam individuum ita restrictum ad unum, ut  
non possit in alijs secundum idem nomen et rationem multi-  
plicari et identificari multis. vel si sit in multis, ita a  
parte rei et per distinctas entitates divisum, ut sit non unum  
sed multa. Universale autem ut supra diximus duo condi-  
tio requirit, ut scilicet sit unum nomine et ratione, et mul-  
tis per sui multiplicationem communicabile. Ex quo patet.  
Precedentem opinionem, aut falsum supponere (naturam  
distingui a singularibus realiter, singulare opponi univer-  
sali contrarie etc.) aut si quid probat solum attendit  
esse a parte rei fundamentum, et aptitudinem remotionem  
quam natura accedente intellectus operatione fiat universale.

Natura enim in individuis existit non et non in mul., 50.

to. sed multiplex in multis similibus, quorum convenienti,  
a talis sit, ut a quibusdam natura generica possit abstrahi  
ab alijs specifica tantum.

Ad primum igitur respondeo. Fundamentum totius relationis,  
non a parte rei esse unitatem fundamentalem, convenientiam  
scilicet plurium individuum, ex quibus una natura pos-  
sit abstrahi, eo quod praedicata illorum in quibus relatio fit,

Datur non sint Dissimilia

43.<sup>a</sup> Ad secundum R. plura individua hominis esse unam speciem. \*

non quod a parte rei habeant unitatem numericam cum qua-  
libet unitate sequatur quolibet entitatem; sed quia uni ta-  
lia praedicata essentialem convenientiam quibus alteri, ex quibus  
potest intellectus communem speciem abstrahere.

Quaeritur quare natura ex se a parte rei non est communicabilis,  
sed mixta? R. Quia ex se id est ex natura sua ab-  
solute nec communicabilis nec singularis est, ex se tamen



Id est solitarie et nullo addito est communicabilis. Verum  
ut est a parte rei non est solitaria, sed additum habet dif-  
ferentiam individuum sibi distinctam

## DVBIVM II.

Utrum res sint universales antequam existant  
in singularibus.

8. Febru. Fonseca s. met. cap: 28. aferit naturas commu-  
nes ante operationem intellectus prius non modo natura, sed  
tempore in eternitate, quam in suis particularibus existant  
esse aut (et non potest in tantum) universales. Tamen inquit  
(ex: 3. q: 1. a) non habent suam universalitatem existentem  
nisi in intellectu sine differentiis individuantibus obigen-  
tur. Est potissimum primo antequam cogitemus: natura  
vere esse in pluribus. Ergo potest esse in pluribus: esse enim  
presupponit esse posse. Nullo enim cogitante natura haec  
manet et in Petro, Paulo, etc. Secundo. Intellectus q:  
perit nihil in lapide mutat, ac per consequens non pr-

test illi dare aptitudinem essendi in multis lapideis, § 5.  
in multis lignis. Ergo suam aptitudinem habet sine  
intellectus operatione. Hanc opinionem confirmare viden-  
tur Huius Philosophorum axiomata. Primum essentia  
verum esse aeterna, secundum scientiam esse de rebus eter-  
nis. Tertium. aliquam esse propositionem aeternae veritatis.  
Constat autem haec non posse intelligi de singularibus,  
ergo aeterna sunt universalia; ac ideo ante omnem illius aeterni  
operationem.

Dico breviter. Hanc opinionem non esse admittendam,  
patet ex sequenti dubio, auctoritate Art. D. Thomae, Scoti,  
et aliorum.

Ad primum igitur. Negat aliquid  
esse in pluribus ante operationem intellectus. Tamen enim  
verum est in uno. verbi gratia. Natura Petri, tantum est in  
Petro. Natura Pauli, quae realiter est distincta a natura  
Petri, est tamen in Paulo. Atque ita a multis sunt



singula in singulis, sine multa natura in multis singulis  
vultus; non autem unum quid in multis, quod ad universale requi-  
ritur.

Ad secundum. R. primo. aqua probat primam  
opinionem, et proinde aqua solvenda et Fonseca contra Occam  
et alios contra Dorsicam. R. secundo. Naturam non acci-  
pere quicquam ab operatione intellectus qui formaliter fit  
et universalis; sed tantum rei quolibet ex sua nature per-  
fectione, et cognoscibilitate ratione suppletur intellectui. Dis-  
tinctionem conceptuum fundamentalem et non representativam si-  
ne differentis individuantibus cum statim acquirit in quibus  
ipsa nulla addito possit esse in multis; non quibusvisque,  
sed iis tantum cum quibus a parte rei similitudinem habeat,  
et non repugnantem quo minus identificari cum illis possit.  
Quia vero lapis ex sua nature conditione non habet commu-  
nitatem humanam, ut hominem est similitudinem; deo vel

et illo potest abstrahi, principium humanæ operationis &c  
quia tamen lapis habet similitudinem, cum natura humana ut  
et substantia, corpus, corruptibile, mixtum: ideo potest intel-  
lectus abstrahere a lapide et homine quatenus illos gen-  
tus genericos.

Ad illa axiomata de eternitate universalium Q. Si confirmat, \*  
tur universalibus cum singularibus, quoad ad actum existendi  
sive quoad esse existens, pari ratione procedunt, item si quo-  
ad esse possibile.

Primo igitur, deo dicuntur essentia rerum æternæ, qui ne-  
cessario rei cuilibet tribui debent quæ pertinent ad ipsarum  
essentiam inextinguibilem. Homo si ab omni æternitate fuisset  
conceptus, et conuenisset substantia, corpus, mixtum, et, animi,  
intellectuale, quia est eius essentia.

Secundo Scientie de rebus (scilicet universalibus) æternis esse  
dicuntur, quia universalia quæ immediate cadunt sub scientia,  
non sunt æterna negative, id est non habent certum tempus  
tempus, durationem, et.



3. Illa dicuntur propositiones eterne veritatis que sunt  
necessarie. I. quoniam predicata et subiecta, non separantur habent  
connexionem, ita ut predicato necessario conveniat subiecto si,  
ut hic existat sine non, ut homo est animal.

Hinc patet. licet ab eterno fuerit verum Petrus scribet, non  
est tamen propositio eterne veritatis, quia scriptio non est per  
dicendum necessarium, sed contingens.

## DVBIVM III.

Quomodo nature peritum fiat utres?

Nota primo, triplicem esse abstractionem, primo realem  
qua duas res realiter unita coniuncte ab invicem auelluntur,  
veluti grana gemma ab annulo. Secundo intellectuales negati-  
vam, qua aliquid per modum compositionis vel divisionis, ~~separatur~~  
ab alio remouetur, ut cum dicitur, Dulcedo non est in melle,  
vel mel non est dulce. Tercio intellectuales simplices, qua  
unum eorum, quod a parte rei sunt coniuncta, vel identificata  
separatim sine ab omnibus alijs apprehendimus, ut Quandoque

lorem multis sine sapore, vel bono sine illo consideramus. 44 53.

per hanc abstractionem fit universale.

Nota secunda. Abstrahere naturam universalem nihil aliud est,  
se quam eam apprehendere sine singularitate. Nam per intellectus,  
hinc operationem aliquid abstrahere, apprehendere, concipere, consi-  
dere, praesens cognoscere, praedicere, representare, unum sine alio  
o intelligere idem sunt. Atque actioma, 2 Phil: 18. abstra-  
henti non est mutationem. Ratio est, quia haec abstractio est  
prima intellectus operatio, qua natura aliqua quae a parte rei  
est singularis concipitur non concepta singularitate.

Hic positum dicitur primo universale fieri per intellectus o-  
perationem naturam apprehendentis sine conditionibus indi-  
quantibus. Est Tota hic: 15. 3. in 2 fund: et sequens 15. 3.  
in 8. et sequentibus, ubi ait autem fieri aliter universa-  
le, scilicet solam opere intellectus, praesidente fundamento aliquo  
ex parte rei. verum ipsam, propter quod dicitur esse a  
parte rei potentia universalis. Huc spectat, quod D. Thomas



operando se velatur a Quatuor huiusmodi: scilicet: 89. ait: una et  
eandem naturam quae singularis erat, efficitur postea universalis,  
per actionem intellectus separantis ipsam a conditionibus quae sunt  
huiusmodi, et materiae. Hinc Aristoteles i. 2. de anima text. 8. ait: unus  
sive aut nihil esse, aut posterior esse. Et Commentator ibidem  
9. de anima: intellectum facere in rebus universalitatem. Ratio a priori est  
nam universale est unum aptum esse in multis, per sui mul-  
tiplicationem. natura dicto modo abstracta est huiusmodi.  
Ergo. Minor. Dicitur. Siquidem natura humana iug. concepta  
non conceptis differentijs individuantibus, et in se indivisa, et  
per unum, ut patet 2. metaphysicorum text. 11. Quod haec etiam sit apta per  
aptitudinem enim nihil aliud est, quam indifferentia quaedam es-  
sendi in pluribus per identitatem: ita ut in multis indivi-  
dis sit idem cum singulis: et per consequens possit de ijs in-  
recto predicari. Confirmatur, Natura sit praecisa, vel est  
communicabilis vel non: si primum; habetur intentum: scilicet,

indiv. ergo habet aliquid, per quod determinetur, et sit<sup>st.</sup>  
incommunicabilis. At hoc vni non potest, supponimus enim  
quod sit ab omni singularitate libera, quae sola naturam li-  
mitat, et communicabilitatem impedit.

### Covollaria.

Primum. Universale posse abstrahi quidem ab entibus rationis,  
sed tunc erit ens rationis; si vero habeat vel unicam indi-  
viduum reale, erit ens reale. Ratio est. Quia natura universa-  
lis, est illa ipse quae existit in singularibus solum per intel-  
lectus apprehensionem sine singularitatibus conceptam.

Secundum. Universale non fieri per cognitionem comparativam,  
(qua intellectus comparat naturam cum multis aut multis indi-  
vidua inter se) sed per simplicem, et absolutam cognitionem.  
prior pars patet. possum enim in unico tantum individuo il-  
lud solum concipere, quod est operationum principium, nullo  
alio conceptu. Hoc autem ipse est universale, ut patet, ex p.  
cedenti dubio. Secunda pars etiam patet ex notabili secundo.  
Et enim ipse, quod naturam solitarie obijciatur intellectui,



non ea et ea aqua apta ut sit in multis, modo ad universa,  
le requisito. Ut patet ex conclusionibus precedentibus Dico.

Tertium. Universale non fieri per naturam intellectus reflexam,  
sed directam, quia natura cognoscitur non cognita singulari-  
tate. Sive enim intellectus ad suam operationem se reflectat,  
sive non, natura spoliata conditionibus individuantibus, est  
universalis.

Quartum. Licet natura ex ipso sit universalis, quod solitarie  
apprehendatur, ut est principium operationum, non tamen  
cognosci a nobis universale ut universale est, nec distribui  
in suas species, sine ordine ad sua inferiora, vel suas species.  
Fit ex ipsa definitione universalis, quae concipitur unum  
aptum ad multa, quod fit per cognitionem comparativam,  
qua fingitur relatio rationis, sine ordo, ad inferiora et spe-  
cies universalis. Fit igitur universale per cognitionem al-  
solutam; cognoscitur esse universale, per comparativam  
et relationem rationis ad multa. Vid. barth. d. 1. s. 1. c. 1. s. 1. c. 1. s. 1.

Quoniam. Unde oritur abstractio subiecti, ex intellectus nostri<sup>55</sup>  
imbecillitate, et rei altius perfectione, cum enim aliqua sim,  
plena entis sit principium operationum et principii proprieta-  
tum a parte rei: cum etiam eadem sit per differentiam suam  
individualem ab alijs distincta: intellectus uolens illius rei tute  
cognoscibilitatem apprehendere, quod uno actu non potest id potest  
pluribus. Ita ut uno actu concipiat entitatem Petri, precise in  
ordine ad diuersum, nihil de distinctione qua ab alijs homini-  
bus differt cogitando, et ut sit tactum dicit principium  
actionis, quae aequae ab alijs hominibus elicitur ac a Petro,  
Ex quo capite Petrus. a Paulo non differt, nec est huius rei,  
mera entitas. Alio autem actu intellectus concipit eandem en-  
titem quatenus a Paulo et ceteris hominibus distinguitur,  
et ut sit et huius numero et singularis. Per alium actum con-  
cipit in ordine ad aliam proprietatem, scilicet tandem rem illam  
quam ut a parte rei existit uno adalquato conceptu non intelligit,



cum in Dispositis conceptibus in ordine ad suas proprietates etc.,  
perspicue considerant, cumq; tandem totam cognoscunt. Et tunc, vel sal-  
tem totam eius partem comprehendit. Quomodo cum toti  
aliquem arandum non simul perspicere non possumus, prima ugi-  
pallam aspiciamus, reliquas deinde partes contemplanur. Idem  
accidit de partibus fluminis transcurrentis, quos in humili loco con-  
stituti, successu uideamus; uisuri eos simul, si in excelsis ui-  
serimus. Si Deus totam rem suam quidditatem una in-  
tellectione exhausit, cum nos uel unius rei quidditatem, concepti-  
bus penè infinitis exhaustire non possumus.

## QVAESTIO. IV.

De definito Universalis.

### DVBIVM. I.

Quid definiatur definitione Universalis.

ii Feb: \*

Aliqui dicunt hic definiiri conceptus, alij autem  
et relationem eius, sine secundae intentionis alij autem quidem,

sed tantum quatenus subsistat secundum intentiones, et conditiones, 56  
nich ad utilitatem requisitis, et h. 2<sup>a</sup> intentiones, alij ipsius 2<sup>a</sup>  
intentionis, scilicet naturam denominationis, quodammodo definitur  
pavus albus et congregatus unus, h. n. albedo scilicet, pari  
et denominationis definitur. Vere sententia est hic definitio utitur  
in concreto, i. animam sine singularitate conceptam. Quid.

Illud est definitum per hanc definitionem explicatur, sed  
ita cum sine per se hic explicatur. Q. Dicitur propter ex di-  
tis per praedictam utitur n. scilicet est ipsa natura quatenus est  
una et apta in se pluribus. in statu enim passionis naturam  
ipsam, est seipsa una et apta hic modo sine huius rationis, aut  
secunda intentione addita.

Dicitur si haec sit vera definitio. Utitur est una apta ex. sequi,  
tunc dari aliquod univocum accidenti et ista, utitur sig. potest  
enim et de. nomen, et haec definitio de dicta ista et acci-  
dentis. Q. Dicitur dari vocem unam communem substantiae



et accidenti, non univocam sed analogam, ac proinde hanc  
Definitionem dici essentialem nature genericam, quod licet pro-  
pria legendo pro et diffin h. g. sit, exph. in. certum un-  
iversale.

Dicitur secundo. Nam verum a Logico h. definitur, ergo  
non, hic non ab his definitur sed secunda intentio. Q. nam  
secunda q. prius q. dicitur, ut. Et, secunda p. dicitur essentialis,  
que et a parte rei conveniunt a Physico definit. Nam non  
ut abstracta t. a metaphysico, tam a Logico. Quia specu-  
tant ad cognitionem tamen huius in eo t. q. forma ity dirigi,  
Gib. non.

### Quomodo sit Q. ad questiones Porphyrii.

De his Tolator q. sit, q. de unitate et singulis h. sec. q. Ques-  
tione ergo. quomodo An unita subsistant, vel in unitis sint concepti,  
ly. Q. An unita non ut abstracta sit obiectum in intellectu,  
et, eadem t. q. unita existit et in singularibus  
Secundo. an sint corpora. Q. Unitas a rebus corporeis abstracta

sunt corpora, a spiritualibus esse spiritualia. a vero corpo<sup>57</sup>  
vero et non corporeo. (ut substantia in genere, et quantitas  
in genere) nec sunt corpora nec spiritualia.

Tertia. An maxima singularibus existant. Q. a parte rei  
non esse distincta a singularibus. per illam vero non cogni-  
ta non cognitis singularibus, distinguitur ab his singulari-  
bus.

Dixer. Quomodo. Artic. 1. Met. tex. 4. 5. et alibi negat unita  
esse substantias. Q. tantum aut non esse substantias. 1. aut sub-  
sistere p se separationem ab individuis. ut Plato velle videbat.  
In enim unita sunt substantiae, quarum singularia sunt substan-  
tiae accidentia, quorum singularia sunt accidentia.

## DISPUTATIO VII.

De universalibus comparative sumptis.

Quia natura unitis potest cum suis inferioribus com-  
parari, ratione abstractionis et predicationis. Nec videndum

in Feb. 17.



hic breviter, a quibus universale a generali patet, et quali  
predicatione de his dicatur. Deinde quod sint species eius,  
et an sit univocum respectu suorum partium subiectarum

## QUESTIO I.

Qualis debeat esse natura Virtus respectu suorum  
inferiorum.  
Dico primo. ut fiat et sit natura virtus, non est ne-  
cesse ad gradum genericum ut plures species existant virtus, nec  
ad gradum specifi-  
cū plura individua, sed sufficit si pos-  
sint multiplicari. Ratio est, quia universale dicitur esse ut  
quod aptum inesse pluribus, neque enim eius essentia consistit  
in eo quod in sit pluribus, sed in eo quod aptum sit inesse plu-  
ribus. Ex quo patet nihil referre ad gradum vel genericum  
vel specifi-  
cū sine abstractio-  
ne ab uno individuo, sive ab  
infinitis speciebus vel individuis. Ergo si unus tantum  
homo existat, et nullum aliud animal, non minus animal  
erit genus, et homo species, quam si

Obijer. Arter in topicis, sapient non esse genus sub quo<sup>58</sup>  
non sint plures species. R. sufficit si sint plures potentia.  
Licit de facto iam forte nullum de his genus, sub quo non  
sint plures species acta.

Obijer secundo. Si non totum individuum hominis existit,  
teret, quando posset de his que non sunt predicari, et hoc  
inest? R. cum in predicatis essentialibus copula, est, non  
significet naturam existentiam, ad universalem predicationem  
requiritur existentia inferiorum. Illud, fixum sit, tamen  
tamen esse universalem, quando est peritiam a singularitate,  
et abstracta.

Dico secundo. Natura que non potest esse in multis, non  
potest esse universalis, sicut ut alij loquuntur, non potest  
abstracti universaliter ab eo individuum, de cuius essentia est sin-  
gularitas, sine incommunicabilitas. Et Di. Thomas, et com.,  
multi Theologorum, qui naturam divinam dicunt negant  
esse universalem, quod non possit multiplicari. Ratio



Breviter et, quia omnis natura universalis debet esse mul-  
tiplicabilis, et apta messe multis.

Ex quo patet, quod si quilibet Angelus habet naturam  
incommensurabilem pluribus individuis eiusdem speciei (ut  
voluit D. Thomas) ab illis abstrahi non posse gradus  
specificos, bene tamen genericos, sicuti ex homine et Leo-  
ne abstrahi potest natura generica non specifica. Vide me,  
librum primo parte 1<sup>a</sup> 50. art. 4.

Quaerit primo: utrum animal rationale, homo alius, et si-  
milis completa sint universalis. R. Esse non unum sed  
multa universalis simul. non primum (si distincte per  
modum plurium apprehendantur, animal et rationale) com-  
plicitur genus et differentiam, secundum est universalis  
constitutum ex specie et accidente, ut n. 200<sup>us</sup> e' homo albus.

## QVAESTIO II.

### De Universalium predicatione.

\* Supponendum primo: Predicationem nihil aliud e' 50

quam iudicium, quo intellectus unum de aliis annunciat. Præ<sup>59</sup>  
iudicium autem actuale convenire universali contingenter.  
Prædicationem vero potentialem id est posse prædicari, quæ,  
vire universali necessario.

Supponendum secundo. Multiplicem esse prædicationem scilicet,  
et primo. aliam esse directam aliam indirectam. secundo es-  
sentialem et accidentalem. tertio affirmativam et negati-  
vam. quarto in quid et quale. de quibus in summis.

Supponendum tertio. Prædicationem veram et affirmativam  
esse duplicem, quædam enim tantum dicitur sensu vero est,  
cum videlicet subiectum et prædicatum sunt idem realiter,  
et tantum ratione rationata differunt, ut Deus est  
Deitas, intellectus Dei, etis Dei voluntas, actio et passio.  
quæ propositiones formales et absolute sunt falsæ, seu  
in dicitur sine materialiter sunt veræ. Quædam vero  
non solum dicitur sed etiam formaliter veri prædicam-  
tur. ut homo est animal quia videlicet formalis ratio præ-



dicendi convertit subiecto.

His positis duo primo. Universalia patet de multis pro-  
diis, directis, affirmatiis, nec formaliter, patet ex ar-  
gum., et disputatione praecedente, dubio primo.

Dico secundo, genus, species, differentia, praedicantur de su-  
is inferioribus essentialiter, proprium et accident acci-<sup>si</sup>

dentaliiter. Prior pars patet, illa enim praedicantur  
essentialiter, quia sunt essentia vel de essentia subiecti.

Secunda pars etiam patet, proprium enim et accident mani-  
festant ad essentiam subiecti.

Dico tertio. Genus et species praedicantur in quid, differe-  
ntia, proprium, et accident in quale. Genus enim et  
species conveniunt suis inferioribus per modum adherentis,

sed per modum per se existentis, cum genus conveniat nullo

et pars materiali, quae non concipitur ut adherens, sed ut

ut aliam partem. recipiens species autem, cum sit tota

essentia in dimidi a nulla in dimidi parte sustentari gignitur.

Differentia dicitur predicari, in quale quid, id est per se, 60.

Unde adiacentis essentialiter, nisi gratia rationale dicitur de  
homine quasi ipsa ratio concipitur adiacere homini essentialiter.

De proprio et accidente patet. haec enim volunt foras in-  
herere, vel concipitur per modum inherenti.

## QUESTIO. III.

Quot sint Vniuersalia.

### DUBIUM. I.

Ata sint quinque tantum Vniuersalia?  
Dico breuiter. Licet aliqui velint esse duo tantum,

genus et species, alij septem, adiacentes ad vulgarem numerum, tres

secundentia, et modos intrinsecos; tamen communem sententiam

que obscuris quibusque esse Vniuersalia, esse veram. Et Toletus

q. 3. Concl. q. 7. art. 1. qui auctor hanc esse sententiam

omnium antiquorum Philosophorum, tam Latinorum quam

Graecorum, et speciatim citant Boetium, Anselmum, Anonymum,

etiam Albertum M. D. Thomam. Scotum. Et etiam

16. Feb. 15



Fonses, Suarez, Rulij &c. Et probant ex quatuordecim modis  
essendi in rebus. Aliquod enim inest multis (sicuti animalia  
salia inesse debent) vel inest primo, ut pars materialis ei,  
sentire, et et generi, vel secundo, ut pars formalis, et est  
Differentia, vel tertio, ut tota essentia, et est Species, vel  
quarto ut extra essentiam necessariam et est Proprium, vel  
quinto, extra essentiam contingenter, et est Accident.

Vnde patet. Tria predicabilia sumi ex essentia rei; Duo ex ac-  
cidente, non prout oppositur substantiis, sed essentiae.

Objectiones contra hanc sententiam. Vbi apud Tol. Fon. Con. &c.

Ad quas solvuntur hae generationes duodecim.

Videendum est primo an id quod proponitur habeat conditi-  
ones universalis superius explicatas. Secundo. Si habeat  
conditiones universalis advertendum est quoniam ordinem habeat  
predicationis ad essentiam subiecti, ut non conveniat in se habet  
essentialiter an accidentaliter, an necessario an contingenter &c.

Distinctio enim Universalium non pendet ex diversis modis  
convenendi primae Substantiae, neq; ex distinctione predica-  
mentorum, neq; ex multitudine vel paucitate subiectorum; Vnde  
igitur? ex diversitate predicationis illius tantum in qua uni-  
versitas convenit seu identitas praedicati cum subiecto, id est,  
in qua praedicata habent distinctum ordinem et habitudinem  
ad essentiam subiecti.

Ex quo sequitur. primo individuum magnum non esse universale,  
Quia (ut bene Cox) includit differentiam individuum,  
licet incertam, nec potest recipere signum universale, non ni-  
dimus omnis aliquid homo, sicuti dicimus omne genus,  
omnis spes, omne animal, etc.

Sequitur secundo. Transcendentia non esse Universalia, quia in  
habere unitatem praedicationis, ut patet in antepredicamentis.

Quaerens. Quid de modis intrinsicis est sentiendum. R. primo notetur  
aliquos illarum convenire omnibus rebus, ut est individuatio, a-  
liis omnibus et solis substantijs, ut substantia. aliis solis accidentijs.



ut inherencia. alios solum naturis intellectualibus. et personae  
 Respondes secundo. Modi intrinseci possunt esse Universalis, sed  
 distincta a quinq; vulgaris. Pbr. prima pars. Nam Personarum  
 in communi considerata habet ea quae ad rationem Universalis  
 spectant. Secunda pars pbr. Si concipiatur in communi perso-  
 na creata erit genus respectu Angelicae et humanae: respectu  
 naturae Petri et Pauli sunt propriae: respectu personarum  
 Petri et Pauli ~~est~~ species: respectu Petri et Pauli, ut sunt, ut  
 individua et accidentia. Item dicendum, de subsistentia materi-  
 ali et spiritali, inherencia etc. de intrinsecis partibus infra  
 capite de specie.

## DVBIVM II.

An divisio vtrius in quinq; vulgatas sps sit immediata?  
 Dico primo. n. e. immediatam. Primo enim potest  
 videri universale bifariam. in essentiali et accidentali,  
 prout oppositum essentiali. Secundo. essentiali in tres  
 species, quarum duae significant explicitè partem essentiae,

scilicet genus et differentiam, una tota essentiam, scilicet spe, <sup>62</sup>  
ver. Tertio. in necessarium et contingens, sine propriam et ac  
cider.

Obijciat primo. Quot sunt modi predicandi de subiecto, tot sunt  
universalia. At genus aliquando de individuis, aliquando de spe,  
in quibus predicatur. Ergo genus duos modos predicandi complet,  
tur. et sic censet sex universalia. R. in q. 6. hic significat.  
illor esse modos materiales ex quibus non determinatur diversi,  
ter universalium: formales autem semper manet, sine genus  
de specie, sine de individuis predicatur. quia scilicet semper  
predicatur per modum potentie sine partibus essentiae.  
Obijciat secunda. Genus et species dec constituent duo dif,  
finita universalia, quod genus predicatur de pluribus spe,  
cie differentibus; species autem de pluribus solo numero dif,  
ferentibus. Ergo differentia subalterna et inferior, consti,  
tunt duo universalia. R. Nego antecedens. Quia enim  
genus et species duo universalia constituent, quod genus



suis inferioribus possit incl. ut pars materialis essentiae: spes  
 autem, ut tota essentia. Nam ut bene Socrates seu Socrus: 7.  
 accidentarium est Vniuersali, quod inferiora eius specie aut  
 numero differant. Diffra vero, siue sit subalterna, ut aer,  
 porcum siue infima, ut rationale, semper eodem modo apta est  
 inesse suis inferioribus. scilicet per eandem partem formalem.

21. Feb: Dico 2. haec spes nō est de inferioribus. Licet enim aliud genus  
 nō sit sta, aliud quantitas, aliud color etc. aliud generalissi-  
 mum, aliud subalternum. haec discrimina tamen sunt accidenta-  
 lia, non specifica, sicut aliqui homines sunt Germani, Itali etc.  
 et tamen omnes sunt eiusdem naturae et speciei.

Quaerit, An siue animal, est genus respectu hominis, hominis qd  
 ita uniuersale sit genus respectu hominum quinqz Vniuersaliū?  
 Affirmant multi. Atqz materialiter siue pro re substantia non  
 esse genus, pro sola aptitudine et sola unitate, esse analogum.  
 pro relativo ad inferiora esse genus, et ita intelligendos de  
 Scotum, Scotum, Tolatum et ceteros.

Dico Tertio. Vniuersale non e<sup>st</sup> equiuocum, patet. Vniuersale <sup>63</sup>  
enim predicatur, de genere, spe, differ<sup>entia</sup>, prop<sup>rietate</sup> et accidente, non  
solum nomine et equiuoca sed etiam definitione.

Dico quarto. Vniuersale non dicitur uniuersum de his quibus, per  
tione<sup>m</sup> subiectis, et per consequens non esse genus respectu illorum.

Ratio. Nihil dicitur uniuersum de substantia et accidente, et de  
eius<sup>dem</sup> predicamentis, ut patet ex q. 1. m. 1. tex. 1. q. 1. Sicut enim defini  
tione<sup>m</sup>, conuenit primo substantijs, et consequenter accidentibus  
ita et Vniuersale. Quia etiam optimo dici possit esse analogum  
non solum attributionis ut iam diximus, sed etiam proportionis,  
ut patet suo loco.

Dico. omne Vniuersale, quod pertinet ad substantiam inferiorem,  
dicitur de illis uniuersum. Sed Vniuersale in communi est de es  
sentia generis, speciei, et accidentis ut patet, ideo dicitur de his  
uniuersum. Q. Maiorem esse uocem de Vniuersalibus in actu  
exercente functionem. R. Ita, quando uniuersale est ~~presentia~~ <sup>presentia</sup> a,  
lique natura, ut homo, animal, uirgine<sup>m</sup>, etc. Fallam uero in



acta signata, quando scilicet, arte significant, nomine commune,  
ut sunt Vniuersale, Genus, Species, Differentia, proprium, et,  
idem. In his enim, ratio nomine Vniuersali signifiata, re  
ipsa non exercetur.

# TRACTATUS

De vniuersalibus in particulari.

## DISPUTATIO VIII.

De genere.

26 febru. Capite de genere bifariam diuiso, tradit in pri.

mi Porphyrii, tres generis exceptiones; deinde tertiam, quae  
Philosophia ea explicat. Nam ea quae ad generis essentiam et  
proprietas pertinent, duabus questionibus expediemus: du-  
bis, quae circa tertiam moueri solent partim una voce  
resolvemus, partim apud Plotinum adducitur.

## QUESTIO I.

In quo consistat ratio generis.  
Quot modis genus accipiat, ex Porphyrii et Aris-  
t. Met. text. 33 patet. Alii apud de eo ut species in his.

Dico breviter. Genus et natura una, apta inesse multis, ut  
nunc, intra essentiam eorum, per modum partis materialis.  
Quod possit inesse multis, est illi cum ceteris universalibus  
commune, et ponitur loco generis. Quod intra essentiam,  
differt a proprio et accidente. Quod per modum partis differt  
in specie, quod inest per modum partis essentiae. Quod ut  
pars materialis, et differentia, hoc inest per mo-  
dum partis formalis contrahentis et limitantis genus ad  
certam speciem.  
Quaeritur, quod et hic definitur? Eius rationis? ac concep-  
tus? an secunda intentio? etc. R. Nihil horum: sed hic  
definitur (ut analogi definiri possunt) illa ipsa natura  
generica, non ut est in parte rei, sed ut est in statu pen-  
sionis apta existere in multis, per modum partis essen-  
tiae potentialis sine materialis. De ea, qui possit ulterius  
per gradum aliquem, naturae alicui essentiali deter-  
minari.



Nec refert quinquam ad essentiam generis, utrum natura il-  
la communiter significetur nomine abstracto, an in concretis.  
utrum aut plures habeat a parte rei species existentes,  
an vere unam. Imo in unico individuo aut existente, po-  
test tota ratio generis realiter conservari.

28. Febr.

## DVBIVM I.

Quomodo genus denominatur a materia.  
Certum est in primis, quod genus proprie non sit ma-  
teria, nec differentia proprie forma. Nam in Angelis, genus et  
differentia reperiuntur, non autem materia et forma; deinde,  
materia non dicitur de toto huiusmodi lumine, genus autem dicitur et  
genus et differentia in eodem individuo, sunt idem realiter, non  
autem materia et forma.

Deinde primo, gradum genericum, specificum, definitionem, di-  
cent eandem entitatem, sed tota diversimodè consideratam, Si,  
quidem anima nra. in Petro dicit totam Petri entitatem  
essentialiter, sed expressè, solum ut est sensationis principi-  
um; rationale eandem totam ut est intellectus. homo

eandem, ut in confuso sensationis et intellectus; animal vult, s.  
orale eandem, ut expressi est, utriusq; principium.

Dico secundum. Genus dicitur materia vel subiectum, et differ-  
entia dicitur forma seu actus, quod huc in compositione me-  
taphysica se habeant proportionem quadam ut materia et  
forma in compositione physica. Est communis Secreti, dis: 6.  
met: sex: 11. Vasquez i. pars: dis: 199. Et. Proportio autem  
in hoc consistit, quod sicut materia per formam physica  
determinatur ad certam entis physici speciem: ita genus  
ad metaphysici. Deinde sicut materia est ad varias formas  
indifferens; ita genus ad differentias distinctas sui, ut sita  
ad corpoream et incorpoream. Genus tamen non dicit  
positivam potentiam seu capacitatem ad differentias di-  
versas, sicut materia ad formas.

Et hoc est quod dicitur a Philosophis genus duci à  
materia, differentiam à forma.

Quaerit. Quomodo sunt intelligendi Philosophi, qui modo di-  
cunt genus esse partem speciei, modo materiam? Vnde dicitur



nunc dicunt esse tota, respectu inferiorum, nunc respectu ei-  
orundem esse partes. Q. Genus dicitur totum potentiale,  
sive universale respectu inferiorum: species totum actuale.  
Genus dicitur pars totius metaphisicis, species totum meta-  
phisicam, et pars subiecta, sive potentialis. Explicatur. ge-  
nus ideo dicitur totum potentiale, quia sua inferiora conti-  
net potentia actum, sicut dicitur esse in multis potentia.  
Dicitur genus secundum se indifferentes et ut per varias dif-  
ferentias ad sua inferiora contrahatur. Quae ratio est,  
ei potest contineri unum continere aquam et vinum, n-  
actus sed potentia, utrumque nec aqua nec vinum sit in  
rebus actum. Haec enim continentia in eo consistit  
quod sit indifferentis et communis, sive non repugnat,  
ita quidem ad multa, quoniam quidem continentiam actu  
habet naturam universalem, utrumque actu non existant in  
inferiora, quae contracti dicuntur. Quod hic dicitur de  
genere, id pro re actu dicendum est, de quibus est universale,

# QVÆSTIO II.

De proprietatib. generis.

## DVBIVM I

Quomodo describatur genus.

Præcipua gr̃is proprietas est, posse prædicari de plu-  
ribus specie differentibus, per quam proprietatem sita defini-  
tio describitur. Genus est id, quod de pluribus specie differen-  
tibus in questione quid sit prædicatur. Dest. prædicari potest.  
Hic nota ex Canob: hic q̃st: i. art: i. id prædicatur ut pars  
essentia, et in quid, quod dicitur per modum adiuncti, sed per  
se substantiæ. qui vero aut accidentaliter aut per modum  
adiuncti enunciat, et prædicatur in quale.  
Quærit. Quid sit prædicari per modum adiuncti. Respondent  
gr̃em idem, quando prædicatum est connotativum, et sub-  
iectum solum connotatum vel certe minus connotativum;  
prædicatis est modum adiuncti et in quale, et locutur  
et rationalis, visibilis, albus. Cum vero prædicatum et



subiectum quo concreta sunt, vel abstracta, praedicatum autem  
patet ut per se subsistens, et in questione quid est. ut homo  
est animal, albus est coloratum. Hic intellige, si pre-  
dicatum sit de essentia subiecti.

Quaeritur secundo, quae dicantur specie differre? Respondeo  
idem genus distinctum habent definitiones. Sive sint diuisi-  
se species, ut homo et equus, sive sint individua diversarum  
specierum, ut Alexander et Onepheles, sive unum sit species,  
et alterum alterius speciei individuum, ut Alexander et  
Equus, Onepheles et homo. et ex his patet explicatio de-  
scriptionis.

Obijciat. Pars non potest dici de toto in quod nec enim dicitur  
magis homo est animal, ut patet ex 4. Top. l. 6. § 3. Sed genus  
et pars speciei et individui; non ex genere et differentia  
essentiali composita species; ex genere et differentia spe-  
cifera et individuali composita individuum. Quod minor  
esse solum verum de parte Thesis respectu compositi Phi-  
sici, non autem de parte Actus. Ratio est, quia partes

phistae, cum sint realiter distinctae, non dicunt singula totam En-  
tinitatem compositi. Metaphysice vero, quia a toto desumuntur,  
dicunt totam entinitatem compositi, et per consequens de his  
predicari possunt. Genus igitur cum sit pars metaphysica,  
quando de specie vel individuo predicatur, tunc dicitur tota  
substantia de toto substantia diverso modo per intellectum con-  
cepto.

29. Feb.

## DVBIVM II

Objectiones contra datam descrip<sup>ti</sup>o<sup>ne</sup>m solvuntz.

Contra datam a Porfirio gr<sup>ati</sup>a descriptionem, ob-

jectiones et solutiones, addit possunt apud Toletum hae questiones et  
et reliqua interpretari.

Circa quae notandum primo, predicari in quod dupliciter dicitur, pri-  
mo quod essentiale est subiecto, secundo, quod predicatur ut  
substantivum. Primo modo dicitur essentialiter differentia p<sup>er</sup>,  
dicitur in quod secundo modo quae, non autem differentia, quae  
predicatur in qualem quod est, id est adiectivi et per modum  
adiacentis alteri.



Notandum secundo. Predicari in quale quid rep. den est q  
essentialiter in quale predicari, ut homo est rationalis; ali,  
quid tamen accidentaliter (ut potest hic cap. de genere)  
ut homo est visibilis, albus etc. Nota se.

Nota tertio. Licet proprium aliquod possit de pluribus  
speciebus predicari ut sensitivum de lumine et bruto; differt  
tamen a genere, primo, quia nullum proprium predicatur in  
quid. Secundo, quia aliquod proprium dicitur de una tantum  
specie, ut visibilis ad genus nullum, de una tantum specie  
dicitur.

Nota quarto. Proprium forte potest nullum esse simpli,  
ter differentiam specificam; atq, de omnis omni differen,  
tias predicari de plurib. vel (quod probatius puto) dicitur.

den est, genus et differentiam predicari quidem de plurib.  
specie differentibus; in eo tamen differt, quod hoc conveniat  
omni generi, sed non omni differentie, ut rationali.

Nota deniq. Genus etiam hoc modo describi; genus est  
id, sub quo species collocantur: indirecta scilicet serie pro.

**Quæres** cum idem nomen, ut corruptibile aliquando recipi-  
atur ut genus, aliquando ut differentia, aliquando ut proprium,  
quomodo de discernitur. R. Si sumatur substantivè est ge-  
nus: si adiectivè essentialiter est differentia, si adiectivè  
accidentaliter et necessario est proprium. ut, ut mixtum. Et

# DISPUTATIO IX.

## De Specie.

i. Martii. 16

**Porphirij** cap: de sp<sup>e</sup>, primo tradit acceptiones  
et definitiones speciei, secundo aliqua de serie practica, et  
de doct, tertio agit de individuo. Circa primam parte  
noto. Accipitur species primo pro cuiusq; rei forma, sive pul-  
chritudine, unde illud prima forma dicitur est Imperio.  
Hinc etiam dicitur speciosus, qui habet aptam membris,  
vnam figuram, cum quadam coloris suavitate. Secundo ac-  
cipitur pro eo quod sub effigante genere collocatur, quod, si,  
est pulchritudo, (ut aiunt Arabi. hinc) unde corpori offert



Deverem; ita species logica, confusiori generis ornatum adit,  
et in individuis adfert quod splendorem: unde vera forma nati-  
natur.

Hanc Porphyrius describit primo. Est id quod generi subji-  
ciunt, et de quo genus in questione quidem predicatur. Secundo  
est de qua pluribus et differentibus numero in eo quod fit  
predicatur. haec posterior descripta, soli speciei infima committit,  
prior autem etiam subalternae.

Circa secundam partem nota in quolibet predicamento, id  
summum genus, genus subalterna, et infimam speciem.

Genus summum describitur primo, quod genus sit, et non spe-  
cies; secundo, supra quid non est aliud supereminens genus.

Species infima describitur prima, quae cum sit species non  
est genus, secundo, quam cum sit species, in species dividere  
non possimus, tertio, quia de pluribus et differentibus num-  
mero, in eo quod quid est predicatur.

Genus subalternae, sine species subalternae, describitur pri-  
mo, quod est et genus et species, sed respectu diversorum, scilicet,

de qua cum sit species in aliis videri species non dividitur.

Nota secundo, superiora de inferioribus predicari, ut animal





species, sed conditione nati, aetate, sexu, moribus etc.  
Hinc Arterius de bono et malo ultimo ait, licet diversa  
sint animalia, mas et femina; species tamen eadem esse

## DUBIUM II.

Quomodo Porphyrius describat speciem.  
Dico primo, hoc modo per proprietatem bene describi:

Species est id quod de pluribus numeris differentibus in eo quod  
quod per praedicatur, id est praedicari potest. Haec descriptio  
patet, ex descriptione generis quae est per praedicatum.

Dico secundo. Describitur etiam hoc modo, ut per subiectum  
generi et de quo genus in questione quod est praedicatum.  
Vbi subiectum legitur, immediate. (vel universale) non est  
individuum non singulare subiectum generi, sed mediate. His  
verbo Existens cum Alberto et Ammonio vult dicitur.  
De definitionibus, Cornubienses hic, cum Avicenna et alijs  
vultent nunc esse definitionem.

Obijciat primo. Genus etiam praedicatur de pluribus numeris  
ergo prior speciei descriptio, conveniens etiam generi. Q. Genus

quidem de pluribus numeris dicitur, sed non tantum: species an. 70.  
tamen tantum, quia enim est una essentia non potest nisi de  
pluribus numeris predicari.

Obijciat secundo. Rationale non est species sed differentia, et  
tamen predicatur de pluribus numeris differentibus in qd.  
ut cum dicitur hoc rationale est rationale etc. Q. Rationale  
si de hoc et illo rationali predicatur, esse vere speciem: si  
autem aliter de hoc et illo alio. Si vero de homine, aut de  
tro et panto, esse differentiam: quia de his non in quid  
sed in quale quid predicatur.

Quæritur primo, si sit sp<sup>s</sup> subijctibilis. Q. Quæ habet supra 4. Mar:  
se genus, siue supremum ut corpus supra quod est substantia,  
siue subalternum ut homo, supra quem animal.

Quæritur secundo, an species subijctibilis sit universalis  
respectu superiorum an inferiorum? Q. inferiorum. Ans.  
Quia respectu inferiorum potest inesse multis. Vnde fit ut  
species quatenus subijctibilis non sit universalis sed quatenus  
predicabilis. Sicut pariter non dicitur albus quatenus ē



corpus, sed quantum talem habet colorem.

Quæritur tertio. Quomodo intelligatur, quod dicit Porphyrius  
genus summum, et species inferiorem, habere unum tantum re-  
spectum: genera autem subalterna duos. R. primo. Genus  
summum unum tantum habere respectum, scilicet ad inferiora.  
R. secundo. Speciem inferiorem habere quidem duos respectus,  
unum ad inferiora, alterum ad superiora; in ratione tamen  
denominationis dicitur a Porphyrio unum respectum, quia si-  
licet sine his sine illis referatur, semper denominatur  
species. R. tertio. Genera subalterna habere duos respectus  
in ratione denominationis, unum ad superiora, et sic denomi-  
nantur species, alterum ad inferiora, quo denominantur  
genera.

Quæritur quarto. An bene describatur a Porphyrio, species per  
genus. R. bene species in ordine ad genus describi: tam  
quia sunt inter se aliquo modo relata; tam quia genus  
iam erat explicatum, et sic commodè per illud quæritur per,

tum explicari. Et licet ante genus per speciem describi, Ti.  
possit, non tamen admittit circulum, sed facit regressum

## QVÆSTIO II.

De Individuo.

### DVBIVM I

An et quomodo definiiri possit in  
individuum.

Nota primo. Per individuum hic intelligi id quod ita  
singulare est, ut in plura dividi non possit.

Nota Secundo. Individuum esse triplex, determinatum, et  
hypotesis, vagum. Determinatum est quod constat nomine pro  
prio ut Petrus. vel pronomine demonstrativo primitivo spe,

ciali, et dicitur individuum ex demonstratione, ut ego. Tu etc.

Ex hypotesi est idem quod ex conditione, ut Sophronisci filij,  
pro Salvator, posito quod Sophroniscus unicum habeat filium.

Individuum vagum est, quod constat signo partium levi, et non  
communi, ut aliquis homo, quidam canis.

Hic positis. Nota primo. In actu signato posse definiiri ra,



tionem illam communem, in qua omnia particularia individua  
conveniunt Analogice, quod scilicet individuationis sit gradus, sed  
specificus identificatur, et solum ratione ab ea distinctus,  
quo res est hic numero, deest singularis atq; adeo multis per  
sui multiplicationem incommunicabilis.

Vade fit, ut individuum sit quod habet talem gradum, sine  
quod gradus aliquo positivo ita determinatur, ut non possit  
in esse pluribus, per identitatem, sicuti universalia possunt.  
Dico secundo. In actu exercito, sine quodlibet individuum  
in particulari immediate non definitur. Sed Art. 7. Met. cap. 17  
tex. 53. Quid. Vel enim ita definitur Individuum, ut eius  
essentia explicetur tantum: et tunc definitio immediata est,  
verit. speciei. Vel ita definitur, ut predicata essentialia, et  
ipsa individuationis explicetur, et tunc convenit individuo in  
communem, deinde mediate ipsis particularibus individuis.

## DVBIVM II.

Quomodo describatur individuum.

Dico primo. Cum Por: sit describi. Quod de uno so., 72.  
lo predicatur. Quod enim Arter cap: 2. ante pred: et cap: de  
substantia ait de nullo predicari, subintelligitur ut de stato  
sive inferiori.

Dico secundo. Individuum est, cuius simul omnes propria-  
tes alteri connectere non possunt. Haec descriptio, duplici,  
ter explicari potest. Primo individuum habere talia acciden-  
tia, ut licet singula in aliquo alio individuo referiri possint:  
non tamen omnia simul sumpta. Haec autem accidentia,  
solum numerari.

Forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus.

Unum perpetua, reddere lege solent.

Et sic certum est describi sola individua substantia, ut pter  
alios notant hic Conn: lib: 3. art: 1. et Rubeus q: 6.  
num: 129. Secundo explicari potest ut sit sensus, indivi-

Q<sup>2</sup>. Dum est, quod praeponderant suae naturae essentialia, ut 6. nar:

gradum aliquem (a gradus specificae rei distinctionem) quo  
ultimo constituitur in communicabilis clarib: actib: p<sup>er</sup> se end:  
tatem. Atq; ita licet proprietates sine gradus metaphisici



que conveniunt naturae possint in alio reperiri, proprietas ta-  
 que dicitur haecitas, non potest alteri convenire, et sic de  
 finiantur omnia individua, tam substantiarum quam acciden-  
 tium. Hae posterior explicatio videtur melior, et ad textum  
 Porphyrii accommodatur, prior vero apud antiquos usitata.  
 Dicitur. Hoc dulce est individuum in actu exercito: et haec  
 non de multis predicatur, ut de hoc quanto, et de hoc  
 rubro pomis. Q. Nego de multis predicari tantum enim  
 de uno ut pomis dicitur. Directum enim significatum sub-  
 iecti, semper est unum numero, inter scilicet res particularis  
 quae habet dulcedinem. Item dicitur est de hoc albo,  
 haec substantia, hic lapis, etc.

## DVIVM III.

Vtrum individuum sit universale.  
 Diximus individuum determinatum, in actu exer-  
 cito non esse universale: in actu vero siganto, esse universa-  
 le respectu particularium naturarum, ut cum dicimus Plu-  
 rum est individuum, hic homo, haec quantitas, et similia.

se spectare ad quartum predicabile. Si tamen diff. 13.  
recte in diuina spectaret ad essentiam indiuidui, (quem  
idem dicit Sanctus Thomas de Augusti Philospho)  
tunc ad Differentiam pertineret, licet non esset unius,  
salus.

Dico breuiter primo. Individuatio respectu singularium in  
diuinatione non est universale. Ratio. quia est tra-  
scendens respectu illarum, ut est respectu naturae.

Dico secundo. Individuam unquam non est universale. Ra-  
tio, quia non est ab omni singularitate praecisum, sed in-  
cludit Differentiam individualement incertam et incertam  
minutam. Vg. Quidam homo, licet non significet idem  
quod hic homo: significat tamen singularem aliquem  
hominem incorporeum. Ac prout prout dicit naturam  
humanam subsistentem, non praecisam, sed determinate  
incerta aliqui singularitate sine locutione.

Dico primo. Videtur simili esse predicatio, non di-  
citur. Haec individuatio Petri scilicet est individuatio:



ac si dicatur hoc et, videtur 2<sup>o</sup> et al. Q. esse  
disparitatem, quia animalis gradus praecendi potest, et  
hoc et ille animali. individuationis autem et hoc et ille  
individuationis non potest. Id est diximus dictis primo.

# DISPUTATIO

## De Differentia

\* Caput hoc bifariam secatur. Prima parte <sup>63</sup>  
s. divisiones diff. et quinq. definitiones.

Dividitur igitur differentia. Prima bifariam. in  
communem, propriam, propriissimam. Secundo bi-  
fariam. Alia enim facit alterutrum, id est diversum in  
accidente. Alia facit alterum, id est diversum in sub-  
stantia. Tertia bifariam, una enim separabilis est,  
alia inseparabilis. Quarta. Inseparabilis bifariam  
subdividitur. Per se ut est propriissima, eg. rationale vs.  
specie hominis. Per accidens, ut alius eg. virg. b. albus.  
Quinta. Inseparabilium per se bifariam dividitur. Alia

et Divina generis, ut rationale, respectu altis. alia 74.  
constitutionis speciei, ut rationalis respectu hominis.

*Differentie maxime proprie, definitiones.*

Prima. que speciem ad eandem generis, uti res et essen-  
tialiter. Secunda differentia est, que de pluribus  
et differentibus specie, in eo quod quale quid est predi-  
catur, scilicet essentialiter. Tertia. que different a  
se singula, sed essentialiter. Quarta. que apta  
dividere ea que sub eodem genere sunt. Dea differ-  
re facit essentiali Discrimine. ut rationale dividit ho-  
minem a bruto. Quinta. Differentia est, qua dis-  
tinguitur una species ab alia, ita ut differentia sit pars  
essentialis speciei, ut rationale pars hominis.

Veratissima autem est definitio differentie, quam tra-  
duat summarie copite de Differentia; et Contribu-  
set hic per 2. art. i. in fine et alij. Differentia est  
quod predicatur de pluribus in ratione quale quid est, ut



7. Mar:

# QVÆSTIO I.

Quædam dubiola circa textum explicanti.

Primum, an omnia sint exactè vera, quæ hic à  
Dorphyrio traduntur. Q. Non omnia. Non sunt in capite de  
specie circa Angelos et Deum hallucinator. Deinde in  
hac tota Gregoga, modo introductorio multa tradit, quæ,  
vum veritas si exactius limetur, non usquequæ, forte con-  
stat.

Secundum, Quæ sint officia proprijsimè differentie!

Q. hæc tria; Dividit genus, constituit speciem, speciem  
facit differre, ab alia specie. Vg. Rationale, Dividit  
animal, constituit hominem, hominem facit differre  
à bruto. Ratio est. Illa omnia et sola proprie  
dicuntur differre, quæ sunt idem genere vel specie, et hæc  
sunt diversæ differentie: ut homo et Angelus. Deus  
et Carolus; hi enim diversæ habent individualia

Differentias: illi communes, seu universales. Di. 75.  
versa vero sunt omnia, quae non sunt Deum; ut suprema  
genera, verbi gratia, substantia et qualitas, et omnes dif-  
ferentiae, ut rationale, et irrationale, quae ergo non  
habeat diversas Differentias, vel in diversis predica-  
mentis ponuntur, dicuntur primo diversa proprie, licet  
aliquando hi modi loquendi confundantur. Vid. contr. hie.  
Toletum, Diversa Thomam, i. par: 95: 3. art: 8. et 9. q.  
art: 1. ad 3.<sup>m</sup> Aristotelem de Met: tex: 16. et lib: 1. otiz.  
Tertium, Quomodo intelligendus et Porphyrius cum ait, dif-  
ferentias non intendi, nec remitti? Q. Id intelligi de dif-  
ferentijs substantiabilibus, quae nulli possunt esse accidentia,  
licet, ut rationale. In 2. his enim probabimus, illas dif-  
ferentias intendi et remitti posse, quoniam res enim sunt  
Differentiae et capax intentionis et remissionis, licet non.  
Quartum, an secunda definitio Porphyrij sit bona? Q.



Esse bonum, et prout inest convenire solis differentijs ge-  
neris. Quam forte solum definire voluit, quod ex eo  
eo tempore, in scholis esset usitatissima, ut hic intant  
Conxi. ps: 2. art: 1. in fine. Q. secundo. Si illud (et plu-  
ribus specie differentijs) permixtum recipiatur, ac si dictum  
esset. Differentia est, quae de pluribus, etiam illa plu-  
ra, specie distinguantur in eo quod quale quid est praedican-  
tur (quomodo Aristoteles explicat) duo etiam esse bo-  
num et omnibus differentijs posse etiam accommodari.  
Sed prior explicatio est melior.

\* Quintum. Quomodo genus continet differentias divisi-  
sui. Q. primo, certum est genus actu continere, species  
sui <sup>2</sup> constitutivam <sup>3</sup> diffam. ut et continet, animalium. et  
enim et est animalium. Q. secundo, genus non posse  
habere oppositas differentias actu per modum inclusionis,  
nam animal n. g. si actu includeret oppositas differentias  
sui divisiuas, immo animal esset rationale, et irrationale

Q. tertio. genus continere differentias in finibus, ponit 16.  
tentia Logica, dicitur per non repugnantiam; sicut pala ar,  
noli uicna, quamcumq, gemmam sibi aptam, cum quamcumq,  
sigilli impressionem, et quic, quando natura est in sta,  
tu precisionis generico, indifferens est, ut ei coniungatur q,  
cumq, differentia sua natura apta, sicut pala Hadamar,  
ten, uel Syropus, uel aliam gemmam suae capacitati con,  
gredientem. Sicut enim haec lapidea malum non potest  
recipere ita nec animal e.g. inanimatum. Deinde sicut for,  
ma compositi Phisici ut plurimum e potentia materiae e,  
ducitur, et in eam recipitur; ita forma compositi Meta,  
phisici quae est differentia censetur quasi e genere tanquam  
subiecto cui ut illud axioma Phisicum, e nihilo nihil  
fit etiam hic quoddammodo locus habeat.

## QVAESTIO. II.

8 Mar.

Quomodo, et quorum respu, diffasit Virtus!  
Dico primo. Tertium praedicabile in eo consistit



quod sit unum aptum esse in pluribus essentialiter per modi  
partis formalis. Patet ex dictis de genere et specie. Quia  
vero differentia nomina adiectiva, adiectivè accepto significant,  
tanquam forma adiectiva; idcirco in quolibet predicantur.  
Nota hic, aliquid dici universale respectu eorum omnium et  
solorum in quibus per sui multiplicationem potest inesse mo-  
do supra explicato. Quod si possit pluribus inesse modo  
universalium per modum partis formalis essentialis, erit ter-  
tium predicabile: si alio modo ad aliud universale spec-  
tabit.

Dico secundo. Differentia superior respectu inferioris, et  
sensitivum respectu rationalis, non est universale. Ratio. Quia  
et differentia superior non potest inesse inferioribus,  
nec de illis formaliter predicari.

Dico tertio. Differentia comparationis generis superioris, et  
inmodatum huius indifferens non est universale  
huius predicabile. Ratio patet ex notabili precedenti, quia

scilicet, non potest illis inesse ut pars formalis essentiae 77.

Cum enim dicitur animal est rationale, vel hoc animal  
est rationale; nostri subiecto inest predicatum essentiali-  
ter, ut animal subiectum est. Non alius unum animal  
est rationale. Dixi non esse huius predicabile, e-  
nim respectu illorum, quia, sine accidentibus, significatio illis  
convenit contingenter. Dixi genus et individua, ut nec  
respectu generis precise, neque precise quatenus sunt  
dividia, est nullo modo universalis; sed solum quatenus  
pluribus potest inesse.

Duo quarto. Differentia respectu speciei quatenus constituit  
et individuum illius est tertium predicabile. ut scilicet,  
situm respectu animalis et omnium animalium specierum  
ut individuum, ut sunt homo, equus, Leo, Alexander,  
Bucephalus etc. et tertij predicabilis universale. Si  
rationale respectu hominis 2000, 2001, etc. Dicitur et



notabili procedente, et dicto primo. Horum enim re-  
spectu, potest multo melius more universalium per mū-  
ltos formalis essentia, et de his inq: quale qd ē prædicti.

## QVÆSTIO. III.

De compositione Differentiarum.

\* Suppono, Differentiam ex se, nec esse compositam

Physicam nec simplicem; sed abstrahere ab utroq: In particu-  
lari uero, si res ad quam pertinet Differentia sit Physica com-  
posita, erit et Differentia similiter composita. ut corpus,  
veum, uel potius sensitivum: sin minus erit simplex Physi-  
ce ut incorporea respectu spiritus. Ratio est, quia gradus  
compositi dicunt totam entitatem physicam illius rei in qua  
recluduntur, ut sensitivum totam entitatem animalem, ra-  
tionale hominis.

Dico breviter. Differentia inferior, uel rationale non in-  
cludit genus quod dividit uel animal (aliis enim et  
disponetur in definitione hominis) nec ullam superiorē  
Differentiam. Ratio. Nam Differentia est id, quo aliqua

inter se differunt, non autem quo conveniunt; sicut ut alij 78.  
loquuntur est principium differendi ab alijs, et non conveniendi.  
Sic. Hinc optime Divus Thomas prima par. q. 90. art. 3.  
ad tertium dedit, Differentias non differre quia de illis  
non licet dicere quod differentijs differant, sed si ipsae  
esse diversas sicut summa genera. Ex quo fundamen-  
to patet differentiam ex nullo componi potestis, ac  
per consequens neq. ex genere, neq. ex differentia superi-  
orum generum, neq. ex alio quolibet. Nam si ex aliquo  
componatur, in eorum compositione aliquid erit, quod in  
conveniunt cum alijs, et sic erant conveniendi principium,  
quod est falsum: erit etiam aliquid quo differant ab alijs,  
differentia scilicet, et sic dabitur <sup>in</sup> differentiarum  
differentijs processus in infinitum. quod est absurdum.  
Ex his sequitur primo. Universalior differentia habet  
esse genera respectu inferiorum. ut. corporum, respectu.



corruptibilis, mortalis, etc.

Datet secundo. Nec genus de differentiis, nec differentia de genere, in abstracto formaliter predicari. saltem enim est dicere, rationalitas et animalitas, et animalitas et sensibilitas.

Datet tertio. Impossibile esse, ut aliqua differentia componatur ex gradibus contrahentibus et contrahibilibus. Sicut homo componitur ex animali contrahibili et rationali contrahente, &c.) quin ut dicimus gradus contrahentes et contrahibiles et sic esset differentia differentia in infinitum.

# DISPUTATIO XI

## De proprio, et Accidente

9. Mar. \*

De Die Dñe 2  
pau: semp. hunc  
lectionem.

Porphyrus capite de Proprio quatuor tradit acceptiones proprii. Primo quod soli convenit sed non omni, ut homo et Philosophus. Secundo quod omni licet non soli, ut homo et piper. Tertio quod omni et soli sed non semper, ut homo est canis. Quarto, quod toti soli semper convenit, ut homo et visibilis.

Hic duo sunt notanda. Primum, qd Artes i. 4. p. cap. 4. Pro, 79  
primum primum, et secundo modo vocet ad aliquid, tertio propri-  
um aliquando, quarto proprium simpliciter. Secundum hi-  
a Porphyrio et Arte Divinam et explanationem esse Propri-  
um, prout significat id quod non est commune, sed alieni pe-  
culiare, et quasi appropriatum. Ex accommodatione vero Phi-  
losophorum in hac disputatione sanitur pro quarto predica-  
bili et significat non extraneum sed aliquid aptum in seculum,  
et accidentaliter necessario, ut prout ceteros bene can-  
didiores hic qst. i. art. i.

## QVAESTIO I.

De ijs quae pertinent ad quartum predicabile.  
Quod Artes loco citato, et Por: hic explica-  
verint proprium in ordine ad unum; minus non est: de eo n-  
agunt, prout oppositur communi, qua ratione quod alteri-  
verit non proprium dixerit, ut ibidem ait Artes. Nos  
vero Proprium explicabimus in ordine ad multa, de hoc



etiam agitur prout et universale, et opponitur extraneo.

## DVBIVM I.

In quo consistat ratio proprii ut est Universale.  
Dico breuiter, quod sit unum aptum in se multis  
accidentaliter (id est extra essentiam) necessario. Id est  
ita debet conuenire subiecto ut ab eo non possit abesse sine  
subiecti corruptione. Illud enim hoc loco necessario conue-  
nitur sicut sine quo naturaliter subiectum non posset existere:  
sine quo enim habet cum subiecto connexionem, ut si non exis-  
teret proprietas, secundum communem naturae cursum, sub-  
iectum non posset existere. Ut homo et visibilibus, &c. &c. quoniam.  
Quaerit primo. Etne idem hic necessario ac inseparabiliter?  
R. Non. Nam Quodvis creatura est inseparabilis a suo subie-  
cto: et tamen non conuenit illi necessario, quia sine hoc, bene  
posset subiectum existere.

ii. Mar:

Quaerit secundo. An Deus subiectum sine proprio possit consi-  
nare? R. Proprium est duplex, primo realiter a subiecto  
distinctum, ut quantitas a corpore substantiali. Secundo

ratione tantum. Proprium primo modo absolute potest 80.  
perire et per Dei potentiam subiectum manere, sed non secundum  
naturae ordinem, ut animal sine quantitate. Secun-  
do modo nulla ratione potest, quia sunt dea realiter, ut ma-  
teria prima et potentia ipsius ad formas recipiendas, homo  
et visibilitas.

Quaerit tertio. Quando proprietas fluit ab essentia spe-  
iei seu subiecti? R. vel quia effectus emanat a sub-  
iecto, ad eum fieri modum quo frigus ab aqua se ad statum  
concurrentem reuertente. vel (quod potius dicendum est)  
quia ita correlationaliter sequitur subiectum, ut sine illo sub-  
iectum naturaliter non possit existere, ut homo sine quanti-  
tate, sine visibilitate.

Quaerit quarto. An sit idem proprium quarto modo et  
quarto predicabile? R. Non. Potest enim aliquid de  
proprium quarto predicabile, licet non soli conveniat,  
ut homini esse quantem.

DVBIVM. II.



Quorum respectu proprium sit virtute.

Nota ut proprium sit respectu aliquorum quantum  
predicabile, tria requiri et sufficere. Primum ut eis possit  
in se esse more universalium. Secundum. extra essentiam. Tertium  
ut subiectum non possit naturaliter sine illo existere.

Dico primo proprium respectu generis, quod et supra speciem  
cui proprium immediate convenit, non et universale huius p.  
dicabilis. ug. esse sensu predictum, quod immediate convenit  
animali respectu vivens non et quantum predicabile quod.  
Quia non convenit ei tertia conditio data in precedente no.  
tabili. Potest enim naturaliter esse vivens nullo sensu exis.  
tente, ut patet in plantis.

Ex quo patet, cum dicitur vivens et sensu predictum esse  
predicationem quinti predicabilis, cum ad autem dicitur  
animal vel homo, et est sensu predictum esse quanti.

Dico secundo. Proprium genericum respectu sui generis et omnium  
sub ipso contentorum, et universale quanti predicabilis.

ug. sensu esse predictum respectu animalis, hominis, equi et  
Item dicendum de proprio specifico respectu speciei, et huius

individuum. ut visibile respectu hominis Petri, Pauli etc. 81.

Ratio utriusque est, quia horum respectu tres assignantur con-  
ditiones illi convenientes.

70<sup>a</sup> Obijciens primo, potentia sensitiva ut diximus et universale in materia  
quarta predicabile, et tamen potest de pluribus in quibus predicari.  
Ergo non omne proprium predicatur in quale quid de subiecto.  
quod est absurdum dicere. R. Potentiam sensitivam in  
abstracto non esse quartum predicabile, neque enim dicimus ut  
animal et potentia sensitiva. Verum in abstracto potest de  
suis inferioribus predicari, ut cum dicitur potentia videndi si-  
ne visus, et potentia sentiendi, videtur quod per se sensitiva, et  
horum respectu est genus. Nec est absurdum eandem ma-  
teriam diversimode consideratam spectare ad plura pre-  
dicabilia.

Obijciens 2. Arter se de genere et capite. Dicit inter  
cetera animalia equum maxime carere; ergo hoc non est  
proprium homini tertio modo, quod tamen dicimus. R.  
cum hoc sit equum non absolute sed quodammodo carere.



ut initio eundem Libris docet Aulus, manifestum vero et  
toto capite canescere, soli homini concessit, ut etiam potest  
sex: io. problematum, p. 6.

Quaeritur primum. An unum sit quid sit Por: osseum hominis,  
nem esse bipedem? Q. Exemplorum non requiritur uisus.  
Nam si Orosio et alijs hystorijs credimus, saepe homines quod  
unipedes reperiuntur. imo Solino, et Plinio teste, Anthraci-  
trites, omnes sunt quadrupedes. Aliquando homines nasci  
untur monopedes, vel peritos appedes. Etenim ut late  
Macrobis in canicularibus colloquio secundo, ex varijs hystorijs  
veritas, apud Indos homines nasci singulis curibus, et  
singulari pericitate; qui non colunt molestius uolunt sedare,  
iacentes resupini se sui pedis umbra tegunt. Apud uero  
tataros quosdam reperiunt, quibus sit unum in pectore brachij,  
unum, unum uisus, per unum, qui tamen Sagittariorum munus  
se funguntur; bini scilicet. Dum dux arcum alterius  
gittam tendit: sursum, si inquit mira pericitatis: quandoque  
manu simul ac pede tanta celeritate currunt, ut equos

unipedes

antecedunt. Cum autem Graecis defatigati fuerint, per 82  
tantum saltem currunt. Hec maior ex legato et magis  
Apostolica sedis ad Tartaros, citatis, dicit in hac sententia  
Antiochia. Ex quibus colligitur primo, non omni homini  
convenire esse bipedem. secundo, esse bipedem non esse pro-  
prium homini quodammodo predicabilem, quia potest homo  
in tribus naturis existere et non esse bipes.

Quod secundo. An hominis sit proprium & predicabile, non  
habere linguam. Q. videri non esse. Refert enim idem Dicitur,  
ex certis Antiochiensibus repertum populum, in quibus homines  
duabus linguis praediti, sive duabus unus linguae partibus, qua-  
rum una, cum una, alia simul cum alio loquuntur. Qui ad-  
dit eos esse habere flexibilia instar fere nostrorum nar-  
um. Deinde ex Mela refert esse quosdam populos similes,  
quos quod si una sint habere unam linguam, oba dura, non  
est predicatum quodammodo predicabilem respectu hominis.

71.  
**QVAESTIO II.**  
De Accidente.

\*



Tradit Por: tres accidentis definitiones, et divisionem  
nam. Prima definit, quid adest et abest, sine sub-  
iecti corruptione. Dicit quod ita convenit subiecto, ut etiam  
subiectum illud caveret, posset tamen naturaliter existere.  
Secunda quod contingit. Eadem inesse et non inesse. Dicit, quod  
ita inest subiecto ut quavis non inesset non periret subiectum  
ut homo est albus. Et etiam Aristotelis primo top: ut  
et 4 top: cap: i. Tertia, quod nec generis, nec speciei, nec dis-  
positionis, nec proprium: semper autem est in substantia sub-  
sistens. Dicit si naturaliter existat debet inherere substanti-  
ae, siue mediate ut albedo, siue immediate ut quantitas, in-  
herere ut homo est digitatus.

Dividitur autem accidentis, in inseparabile, et separabile.  
Illud vocamus inseparabile, quod etiam si ex suppositione a sub-  
iecto non possit separari: simpliciter tamen etiam si subiectum  
non haberet illud accidentis, posset tamen naturaliter existere,  
ut civitas, nigredo Aethiopis, et cornu quicquam hominis Por-  
phyri exemplum non requiratur veritas. Nam hyssop-

norma filij in ~~thiopia~~ anti non sunt nigri: et sunt ex 83.  
utroque coniuge albo antea et aliquando Aethiops (ut varijs q.  
but maioribus colloquiis tertio) ita nil prohibet ex Aethiopiis  
albam infantem naturaliter generari. Et Aristoteles. 2. de ge.  
ner. alium ait cornus urgente frigore transire in albos. Et  
lib. 8. cap. 5. pedes inquit nra est alba, et cornus, et passer,  
et ursus. Quod maxime de tribus ultimis experientia com-  
pertum habemus.

## DUBIVM I.

Quid sit quantum prædicabile

Q. quod sit unum aptum esse multis extra essentia  
contingenter. id est. cum quo et sine quo potest naturaliter e-  
xistere subiectum, ut fœmina barbata. vir barbatus. Dicitur  
tamen etiam accidere quodam prædicabili, quod potest de multis p.  
dicari in quale quid, accidentaliter et contingenter.

Nota primo, tria sufficere et requiri ad hoc universale, pri-  
mum et secundum, sunt illi communia cum proprio. tertium  
ut prædicatum insit contingenter. id est ut possit subiectum  
naturaliter absq. into existere.



Nota secundo. Non esse necessarium ut accidens huius praedictibilis, sit accidens praedicamentale. Nam cum dicitur, homo est digitatus, oculatus, bipes, barbatus, lignum securatum, est praedicatio huius universalis. Licet praedicatum, id nullum praedicamentum accidentium, sed ad substantiam pertineat. Satis enim est quod conveniat subiecto continenter, ut post alteros habent. Con: cap: de accidente, in commentario, et q: i. art: i. et alibi.

14. Mar

Obijciat febris sine morbo, mors, corruptio et sunt accidentia, et tamen non adsunt sine subiecti corruptione. R: primo. Dupliciter dicitur aliquid adesse cum subiecti corruptione. primo id quod adveniente tendit subiectum ad corruptionem, secundo id quod presente, non potest existere subiectum naturaliter. Primo modo febris corrumpit subiectum, secundo modo minime. Nam quam diu est morbus, tam diu existit homo; atq: enim causet febricitatem. Ergo adest homini sine eius corruptione, si, ut intencit ut intelligitur in definitione accidentis. R: secundo. Mortem non esse accidens reale, de quo hic agitur, sed pri-

rationem uniuscuiusque vitalis materialis cum forsan Homo enim 84.  
mortuus dicatur (per Synecdochem totius pro parte) cuius materiam  
vix careret anima composita nec, et si partes hominis viderentur  
quodammodo subiectum mortis sicut aer tenebrarum.

Ex his colligitur primo, cum dicatur anima bruti informare  
materiam, esse predicationem quasi predicabilem: cum autem  
dicatur anima hominis informare materiam, esse quasi posse  
vero informare materiam, respectu omnis anime, esse quasi  
predicabilem.

Colligitur secundo, illud quod definitur in duobus ultimis uni-  
versalibus esse naturam accidentalem abstractam, abstracti-  
one universali, et non formali. Est, considerata in com-  
muni cum subiecto in communi tantum, atque eo quod alterum  
subiectum in particulari cognoscatur. e.g. album non dicit  
solum albedinem, neque singularem albedinem, neque albedinem  
in singulari subiecto, sed albedinem in subiecto in communi.)

FINIS. UNIVERSALIVM.



IN LIBRVM. PRÆD<sup>i</sup>  
 CAMENTORVM. A<sup>i</sup>  
 RISTOTELIS.  
 DE AVTHORE. IN  
 SCRIPTIONE. DIVISIONE.  
 VTILITATE. HVIVS.

LIBRI.

Authorem horum librorum, communis Thorum con-  
 sensus agnoscit Aristotelem Nicomachi filium Stagiritam dicto,  
 ab oppido Academia Stagira, in quo natus est annis ante Christum  
 iudicatur 381. Fuit hic Peripateticorum Princeps quippe qui cum  
 alijs in Stoa, alijs in Academia doceret ipse in Lyceis ambulans  
 philosopharetur. Alexandrum magnum principis philosophias  
 condidit, conditus ipse primus a Socrate, deinde Platone, qui  
 cum vixisset fere 20. exisset dictus, a quo ipse Aristoteles ob  
 ingenij sui acumen, industriam, et indefessum legendi studium,  
 veritatis Philosophus, nunc Academia, Anagorastis dicitur.

uocabatur. Hunc Artem Plinius summam in omni scientia 85.  
uirum, et immense subtilitatis appellat. Aueroer uero (ut ait  
Cic: in 1<sup>to</sup> Logicae) hunc ait uelut exemplar quoddam propositum.  
Ita quo quantum more mortaliu capere queat, quantumq; hu-  
mano ingenio progredi fas sit intelligere, et admirari homines  
posse. Qui addunt ex Boetio lib: 8. statum illi dicentis fu-  
isse, quam et ipse Praeceptoris suo exigendam curauerat. Verum  
nihil ita Artem commendat, quod Longi Latq; eius doctrina in  
Christianorum Academijs etiam nunc floreat.

Quem multis scripserit patres non modo ex his, quae ad nos ser-  
uata distincta (pauci ex aliorum plurimu opib; adiunctis) perue-  
nerunt; sed et ex eo etiam Cataphalogo quem bene prolixum ex  
Dyscolo lib: 1<sup>o</sup> traditionis, cui si credimus uolumus Aristotelis ad  
quadraginta uolumina fore peruenire, licet quaedam ipse n<sup>o</sup>  
enumeret, quae ad nos peruenirent. Atque librorum copiam  
in duas classes diuisit, quosdam enim Acroomaticos uocabat,  
in quibus matutino Audio capiebat res abstrusiores, a uul-  
gi sermone et capite remotiores, ad quorum auditionem non nisi



optimum quicquid admitteret, cum in se res difficilissimas ad vitam  
veritatem reduceret: quodam vero libro Euterico appellabat, in  
quibus pomeridianis lectionibus ea tradebat, quae erant ad populari  
intelligentiam, Rhetorices, et actionum civilium notationem accommodatae.

In his plurimum pingui ut aiunt Minerva, popularia et ex omni  
vari Philosophorum sententia admiscuit; omniq; planius et ap-  
tius quam in Academicis explicabat.

In hac posteriore classe primam locum obtinet Liber predicamen-  
torum (quem sui Marti sine Doctore intellexit D. August.)  
qui inscribitur, *Categoriae Artis*, transacto Categoriae sine  
accessitioris vocabulis, a iudicij consilio, civilibus ad philosophiam  
usum vel potius quod Categoriae. Den sit quod praedico, et Cat-  
goria enunciativae: hic autem predicamentorum universalium coordi-  
nationes et classes habemus, quae Latini praedicamenta vocant,  
unde ad omnem enunciationem structuram materia depromitur.

\* Quiditur hic liber in tres partes, prima habet artepredicamenta  
quing; capitulis; in quibus traduntur quaedam opportuna categoriae in-  
telligendis. Secunda sex capitulis ipsas categoriae continet. Ter-

tiā s. capitibus post predicamenta, quibus poter quādam expl. 86  
cat quorum in predicamentis mentionem fecerāt.

Utiliter huius libri patet ex eo quod primario primae operationi in-  
tellectus et consequenter reliquis dirigendis observat, dum tria im-  
pedimenta remouet, quibus in scientiae acquisitione maxime de-  
tinemur. Primum est rerum multitudo. Secundum rerum mul-  
tatum in unum connectio, ut in homine multi gradus motus  
physici multa accidentia. Tertium quod nos habemus certam  
aliquam viam quae rerum notitiam et distinctionem indagemus.  
Contra haec remedia ex predicamentis sumunt Philosophi. 2<sup>o</sup>,  
nam etiam rerum multitudo in unum quasi laborem congeritur. Se-  
cundo. predicamentorum in permutatione rerum natura coheren-  
ter solenter distinguuntur. Tertio signis quibusdam et pro-  
prioque predicamentorum notatione sciam a nobis interna vi-  
rum quae distincte penetrantur. Quae omnia ut metaphysicus  
ad exactam entis cognitionem refert: sic Logicus ad  
peruiscendam operationum intellectus directionem, dum percipit



que ad Definitiones, Divisiones, Demonstrationes materia ex his  
regulis sumi debet. Hic non prima operatio mentis dirigetur,  
nequaquam dirigetur.

# DISPUTATIO XII

De Arte prædicamentis.

## QVAESTIO I.

Quid hic ab Aristotele tractatur.

In arte prædicamentis Arter tradit tres defini-  
tiones duas regulas, duas Divisiones. Ex Definitionibus colli-  
gitur non requirere sed unius locum habere in prædicamen-  
tis. Ex Divisionibus res incompletae in decem Categorias dis-  
tribuit. Ex prima regula profunditatem et secunda latitudinem  
prædicamenti constituentur.

Capite primo tres continentur Definitiones scilicet æquiva-  
corum, univocorum, denotantium. Deinde res dividit in  
simplices et complexas.

Capite secundo quatuor dividit quadrifaria scilicet in substantiam  
universalem et particularem, accidentis universale et particulare,  
vel a Substantia universalis sine secunda est, que de substantia

aliquo dicitur, et in nullo est subiecto. Singulari sine p<sup>ri</sup> 87.  
non substantia est, quia nec est in subiecto nullo, nec de sub-  
iecto dicitur. Accident universale est quod est in subiecto, et de  
subiecto aliquo dicitur, ut quantitas. Accident particulare est,  
quod est in subiecto sed de nullo subiecto dicitur, ut haec albedo.  
Secundo definit quid sit esse in subiecto hoc modo. Ita subie-  
cto esse dico, quod cum in aliquo sit, non sicut quidam pars in,  
possibile est esse sine eo in quo est, id est non potius naturali-  
ter separatione a subiecto existens, ac proinde a subiecto cui inest  
separari non potest quin intereat, et sunt accidentia.

<sup>25<sup>a</sup></sup> Haec nota primo. De multis modis dici esse in alio, ut patet 17. Mar.  
quarto Phil<sup>o</sup> text<sup>u</sup> 23. qui modi hic vulgariter versific. continentur.

In sunt, pars, totum, species, genus et calor ignis,

(Est accident in toto indurionis)

Rex in regno, res in fine loco, locutione.

Explicationem huius et Totius hic q<sup>ue</sup> totius alios modos adiicit  
esse in materia ut anima et in corpore, esse in vase, ut vinum in  
napthora, esse in tempore, ut A<sup>nti</sup> tempore Christi.



Nota secundo esse in subiecto, et dici de subiecto non eodem  
modo accipi subiectum. Primo enim intelligitur subiectum  
inhesionis, quod soli accidenti convenit. Secundo, subiectum predi-  
camentale, id est aliquid inferius in linea predicamentali. Di-  
ci vero de subiecto soli universali convenit. Individuum in  
linea de aliquo dicitur. De nullo tamen dicitur ut subiecto, si-  
licet predicamentali, quia non habet quid inferius se.  
Dices nunquid odor a rosa vel posmo separatur naturaliter cum  
ablata rosa odorem adhuc sentiamus? *R.* Odorem a suo subiecto  
nunquam separari naturaliter quia est accidentis. Ablata vero ro-  
sa persistit in manibus, vel sudario, remanere quidam particulae in  
quibus etiam est odor qui sentiri potest. atque ita vel per se, vel per  
speciem intentionalem odoratum percipitur. Si odor non sit acciden-  
s rosa, non potest sine particulis illius existeret. species vero inten-  
tionalis odoris, qui est in potentia odoratum siue haec non potest  
existere naturaliter, quia est huiusmodi accidentis.  
Capite tertio tradit regulam servientem profunditati predi-

dicamentorum. et antea hoc profunditas. serie sumi. griv. 88.  
indivisa generum, et specierum usq; ad individua. Quando al-  
terum de altero predicatur ut de subiecto, quacumq; de eo quod p-  
dicatur dicitur, omnia etiam de subiecto dicuntur. eg. quod p-  
dicatur de animali essentialiter dicitur etiam de homine tan-  
quam de inferiori essentialiter.

Dices quomodo haec regula differt a dici de omni prioritate!  
R. in hac regula est essentialis predicatio: ibi autem quacumq;  
affirmatio sine sit essentialis sine non.

76.<sup>a</sup> Capitu 4 tradit regulam servientem Latitudini p-  
dicamentorum. Dea q- predicatio que ad latus predicamentorum ponit-  
ur, qualiter sunt differentie. Diversorum generum et non  
subalternatione positum diverse sunt species et differentie, sub-  
alternatione vero generum nihil prohibet eandem esse.

Nota. Duplex esse genera subalternatione posita, primum quo-  
rum unum directi subaltero positum, ut substantia animalis,  
quantitas, forma, qualitas, color, etc. Et quoniam utrumq;



ponitur sub aliquo tertio genere, ut homo et Angelus sub substantia; tempus et linea sub quantitate. ut patet 4. Top. loci et appertinet lib. 8. loco 49. Sensus ergo prioris partis est: omnia illa genera, quae non sunt in eodem predicamento habere differentias naturae et formaliter diversas. ut homo et felis. Sensus posterioris est genera subalternatione posita, posse eandem habere differentiam. ut animal et vivens eandem habeat differentiam scilicet animatum. Sic tempus et linea continentur sub specie; tempus et oratio, successivum esse: potentia sensitiva, et potentia rationalis, quae ponuntur in predicamento qualitatis, eandem habent differentiam scilicet cognationem et appetitivam.

Obijciat contra priorem partem regula. Substantia dividitur per corpus, et similiter accidens, et tamen substantia et accidens non sunt genera subalternatione posita. R. Corpus quoque dividitur substantia, est quid substantiale corpus autem quod dividitur accidens, est ratio accidentalis et per conse,

quæ non sunt æquæ. Diffæ licet idem habeant nomen. f. 89

Dea dividitur æ corporæ.

Capitulum res imperfectas dividit in decem predicamenta.

## QVAESTIO II.

### De Equivocis.

77.<sup>a</sup> Nota primo. Definiri ab Arte equivoca, ut in 18. Metaph. \*

ea denominationem, non ut sunt nomina, sed res ipsas, quatenus talibus rebus significatur: hic igitur agitur de equivocis æquocatione non æquocantibus.

Nota secundo. Res ipsæ si conveniant in nomine et ratione esse univoca univocata. ut homo et canis respectu animalis: si in neutro conveniant, dicuntur diversivoca, ut lapis et scientia; si in nomine solo, sunt equivocæ ut Gallus respectu Franci et avis: Si habent idem nomen, et rationem oblique modo diversam, sunt analogæ. ut lapis respectu stulti et accideris: si et nomen et rationem aliquo modo diversa, sunt denominativa, ut iustus et iniustus. Si denique eandem rationem habent et plura nomina, sunt multivocæ; ut gladius et ensis.



que autem in pulvere Grammatico usantur Synonima, in an-  
la philosophica sunt multiuscula, et que hic dicuntur Synonima,  
aliu nomine uniuscula dicuntur

Note tertio equiuoca dupliciter accipi, primo ut pro omni eo  
quod non est uniusculum, et sic completitur omnia equiuoca et  
analogia ut 4. Phil: tex: 31. patet. Secundo pro eo quod ab a-  
nalogia distinguitur, et de his nunc est questio.

Dico primo, Equiuoca equiuocata sunt, quorum nomen commu-  
ne est, ratio uero salutaris nomini congruens diuersa; ut  
gallus, canis. Et patet hic ap: i. Vnde patet Duo requiri ad  
equiuoca. Primum, ut habeat idem nomen materiale, deest  
sine significatione. Secundo, ut diuersas habeant definitiones  
nomini equiuoco accommodatas.

Dico secundo duplicia assignari equiuoca equiuocata, primo a  
casu qui habeat idem nomen sibi impositum nulla habita va-  
riatione conuenientie rerum inter se, ut gallus, parus, in germa-  
nia et aliter in India. Secundo a consuetudine, quibus conuenientia  
rerum et impositum, spectata aliqua conuenientia rerum

significatarum inter se, siue sit facta ut canis, siue sponta 90.  
et Paulus dicitur is, quem parenter sperant imitationem D.

Pauli mores.

Dicitur primo. Si equus non habent eandem definitionem  
quomodo una definitione hic definitur? Q. in actu signa-  
to hic definitur una definitione analogica. in actu uero  
exercito non habent eandem definitionem. Hinc fit, ut gal-  
lus homo, et gallus <sup>et canis</sup> auis, respectu huius uisus equiuocant  
analogi; respectu huius uisus animal sunt uniuoca; respectu u-  
ro huius, gallus, sunt equiuoca in actu exercito.

Dicitur secundo. ubi est idem nomen, ibi est eadem significatio, sed  
gallus respectu hominis et auis, non habet eandem significatio-  
nem. Ergo non est idem nomen. Q. equiuocum nomen est  
idem materialiter tantum. Det eandem sonum articulationem,  
non eandem habentem significationem.

Ex quo patet nomen uniuocum eadem significatione plura sig-  
nificare, ut homo plures homines. equiuocum uero habere plu-

res significationes, quib. modo hic modo aliud significat: ut pindus. Nav:



cum in una positione possit unam significationem habere, si  
non habet in alia: merito nomen æquum solumus distinguere,  
vel interrogare aduersarium in qua significatione accipiat, dum  
ut possit et cognoscere eandem. Cui igitur dicitur exempli  
gratia vel uterq; canis, uno actu significat domesticum, alio mari-  
nem, alio saltem. Neq; uero datur unus conceptus formalis aut  
obiectiuis æquiuocus, sicut datur nomen æquiuocum: quia quicquid  
conceptus formalis potest representare, id semper et in quolibet  
actu representat; uox autem non semper significat quod signi-  
ficare potest, ut experientia patet.

## QVAESTIO III.

Quid sit Vniuocum.

Dico cum forte hic cap: i. ea esse uniuocula quorum  
nomen unum est, et eadē substantie nomen arguens ea-  
dem. Ita que habens idem nomen et eundem conceptum obiecti-  
uum seu rationem obiectiuam. Hæc enim ratio immediate  
significatur per uocem communem, et conceptum formalem in-  
feriorem respondens; mediate uero inferiora significantur, quibus

illud nomen est commune. qd. habet et animi communione nō. qd.  
non in animalibus quia aliquibus partibus sunt nomen animalis  
et eius definitio, qd. et uelut sensitivum. Hic spectant  
Nostra sententia et communis est tum in  
telligentibus, tum Caelis directe sub summo genere huius predi-  
camenti collocari. Et Lancelus s. Met. cap. 8. q. 5. t. Socrates  
disputationis 6. Met. sec. 11. num. 6. Rubij lib. 9. 3. num. 81.  
et quos illi propositum citant. Teletur in argutis. Hic probatur.  
Probatur conclusio hinc ratione. Si substantia completa quati-  
vis ei debetur subsistentia et ratio communis univoca, tam  
corporeis, quam spiritalibus; tam corruptibilibus, quam  
in corruptibilibus naturis. Ergo Angeli, Caeli, corpori-  
bus univoci ut genus nuncietur. Probatur antea d. 1.  
Sicut enim a bruto, et rationali. hoc communem gene-  
rarem abstrahimus, quod sint animalia et principia sen-  
tienti; eodem perit modo a spiritali et corporeo pos-  
sumus abstrahere hanc communem, quod utrumque sit substantia.

ta completa, quae sit principium per se subsistendi, et sicut 178.  
animal contrahitur ad brutum per positivam differentiam no-  
mine irrationali significatam, et per aliam scilicet ratio-  
nalem ad hominem. Ita substantia per unam differentiam  
positivam scilicet incorpoream id est quae ex natura sua indivi-  
sibiliter possit existere contrahitur ad angelos; per aliam  
vero scilicet corpoream id est quae ex natura sua potest  
modum existendi divisibiliter, ad corpus. Idem de corpore  
respectu corruptibili et incorruptibili dic debet.

Obijci si a corpore et spiritali possit abstrahi rationis,  
stantis illa esset non corporea: ergo posset spiritaliter  
et sic non conveniret corpori, nec de illo posset predicari.

R. negatur consequentia, spirituale enim ut iam diximus  
et cui repugnat quantitas trine dimensionis: non cor-  
poreum autem est quod non habet illam quantitatem sine  
hanc posse sine non, abstrahit enim ab utroque. Sicut  
ergo gradus animalis abstractus a bruti et hominis et  
non rationalis; et tamen potest cum rationali una speciem



constituere. ita quod substantia praeiudicat a corpore et  
spirita et non corporeis, et tamen potest contrahi per cor-  
porum ad corpus. At proinde quod ad univocationem et p-  
cisionem attinet per se habet et non utriusque, ratio. Verolij  
in abstractum non est mendacium

Dicitur namque quicquid est in Angelo est spirituale? R. ve-  
raliter ita et formaliter non ita, non substantia quodam ge-  
neris et formaliter principium per se subsistendi: spirituale  
vero principium indivisibiliter existendi.

Ad solvenda reliqua quae obijci solent, nota primo, Angelos  
non esse quidem compositos physice essentialiter, esse tamen  
metaphysice, scilicet ex genere et differentia. Et esse in-  
plures substantias, et saltem nondum sicut et ceteri li-  
cet non corruptibiles.

Nota secundo concedendum esse, quod corruptibile ad im-  
corruptibile, et ea quae non habent communem materiam ge-  
neris differre sicut subalterno.

Cum series praedicamenti sit.

Quia, cum haec series, quae ut bene hic notat Tol. plures alia coordinati-  
ones assignari possent, sed haec ut ad verum, ita certis et facilius  
inveniendis analogationibus, sic communius esse solet.

	Stru	Incorporeū.	Angely.	Diversissima species.
Cor. poreū.				
	Corpg.	Incorruptibile.	Celum.	Empyreum. Primum mobile. Firmamentum.
Cor. ruptibile.				
	Corrupt.	Simplex.	Elementū.	Terra. Ignis. Aer. Aqua.
Mix. tum.				
	Mixt.	Inanimati.	Inanime.	Lapides. Metalla omnia.
Ani. ma. tum.				
	Vinens.	Sensu exposit.	Planta.	Arbor. Frutex. Herba. et ut capre, rapae.
Sens. ti. um.				
	Animal.	Irrationale.	Brutum.	Aeris incola. Terrestre. Aquatile.
Rati. onale.				
	Homo.			

Socrates, Aristoteles, Caius, Petrus etc.  
ceteri qui omnes.



## DISPUTATIO XV.

## De quantitate.

Prædicamento substantiæ alter mox quantitatem adiungit, sine quo res corporæ fælius a nobis saltem confuso percipiatur, sine quo hæc substantiam imitans sit subiectum (licet non sumptæ naturæ ultimæ) reliquorum accidentium, sine quo sicuti forma præsupponit materiam: ita qualitas et relatio quædam tenent quantitatem. Dicitur enim quantitas sequi materiam, qualitas formam.

## Summa capituli de quanto.

Hoc caput bifariam secatur: primo enim duplicem tenet, dit quantitatis divisionem; secundo tres proprietates.

## Prima pars capituli.

Nota primo duplicia esse quanta; primo per se et sumptæ naturæ extensum, et c. omnis et sola quantitas; secundo per accidens, ut substantia corporæ, color, calor &c. Aliæ agimus de quanti primo modo.

Primo igitur quantitas prædicamentalis dividitur in continuam et discretam: illa est cuius partes communiquæ terminantur,

no copulatur, et habet sub se lineam, superficiem, corp<sup>us</sup>, j<sup>us</sup> et tempus. olim addebant locum sed non est distincta  
ita quantitas a superficie. Discreta est inuis partibus vel  
lo communis terminis copulatur, et complectitur solum nomen,  
verum et orationem. Quod numerus sit discreta quantitas, p<sup>at</sup>  
et, quia partes quibus numerus constat non copulantur  
inter se. Quod omnis sit quantitas patet quia proprie mensu-  
ratur syllaba scilicet longa vel breui. Quod sit discreta pa-  
tet ex definitione quantitatis discretae.

101.<sup>a</sup> Secundo dividitur in eam quae consistit partibus habentibus  
inter se positionem, et eam quae consistit partibus non habentibus  
positionem. Illa est quae simul est continua et perma-  
nens. Illa quae habet partes ordinatas, continuas, simul e-  
xistentes, cuiusmodi sunt lineae, superficies, corpus. Haec vero  
quae vel non est permanens ut tempus et oratio; vel non est  
continua, ut numerus et oratio. Ad situm sine positionem par-  
tium con: hic tria requiri solent. scilicet ordinem par-  
tium, continuationem, et coexistentiam.



## Secunda pars capituli.

Primum attributum quantitatis & ut hinc contrarium, proprie scilicet ac per se, non improprie et per accidens sufficitur. n. nigra et contraria alba, et corpus frigidum, et lido. Quod conveniat omni quantitati color et determinanti, ut biispi, ita manifestum est. Quod vero quantitati in se aliquid contrarium videtur, duabus objectionibus innititur Aristoteles.

Prima est. magnam et parvam, multum et paucum, sunt contraria, et hec sunt quantitates. Ergo quidem quantitates habent contrarium.

Secunda. Vnus color et contrarius alteri, ut sanguis et albus, orsus; et color et quantitas. Ergo.

Ad primam objectionem R. Notetur. Illa non esse quantitates, sed degenerare in relationem, deinde si concedatur esse quantitates, non esse contraria. Nec enim simul in eodem subiecto simul esse non possunt, ne dum in eandem substantiam confluere. et unum et idem a parte rei eodem tempore di-

itur magnum et parvum, ut ~~gravius~~ gravium mlt. j. g.  
si enim cum alijs minoribus gravis comparatur, et magi-  
num: si eodem tempore cum morte conferatur est parvum i.  
dem est de multo et paucis. Hæc igitur inter se non sunt  
contraria, sed tantum dicunt excessum vel defectum quan-  
titarum alius rei cum alia comparatur.

Ad secundam objectionem. nihil R. Arter, qui forte  
loci naturam nondum explicaverat. Respondetur vero pos-  
set loci sursum et deorsum non esse sibi contraria &  
se, sed tantum ratione adiutorum qualitatum. ut. loci  
infimus, quia frigidus et gravium receptivus. dici potest  
contrarius loco supremo propter quod hoc sit invalidum etc.  
Hæc proprietas quantitati secundo modo competit, quia u-  
niversi quantitati sed non soli convenit, ut diximus dispo-  
sitione 14. p. 1. Dub. 2

Secundum attributionem, non recipit magis et minus, non enim 19. Ap.  
intenditur. tempus autem numerus et oratio augentur quidem  
non intensione sed extensioe tantum. Nam intensioe argenti, si,



in sursepe maior et minor est admittere plures et plu-  
res partes eiusdem forme in eadem parte subiecti. Dicitur au-  
tem hic homo maior extensius quam alter improprie, ut sit il-  
lus illam esse maiorem, vel partes illius magis inter se diductas  
esse: non autem quod in eadem parte subiecti sint plures quan-  
titate partes.

Tertiam restrictionem est secundum quantitatem ut dicuntur aequa-  
les vel inaequales.

Nota hic primo illa quae non habent quantitatem multis  
sed uigoris dici etiam equalia et inaequalia sed improprie. Sic  
Dus Angeli, Dus homines, equaliter doctrina, potentia intel-  
ligendi, uidentur etc. qualitate aequae inter se dicuntur im-  
proprie equaliter, proprie similes.

Nota secundo. quantitatem uirtutis sive uigoris attendi, se-  
cundum perfectionem alicuius naturae, formae, operationis etc.  
Sic divinae Personae dicuntur equaliter in perfectione essen-  
tiae. Hinc S. Augustinus tom. 4. c. 6. de Trin. 8. cap.  
In his quae non mole magna sunt hoc est maior est  
quod melius esse.

Circa hoc caput notandum. primo. quantitas est ens per se

extensum. Aliqui ita explicant ut nihil intus non. 120.  
titus situm esse in extremitate partium in ordine ad se: ita ut  
preterquam quod sint plures, servant etiam ordinem inter se,  
quo ng. caput non uniatu immediate reliquis corporis partibus,  
sed collo, collum pectori etc. Alij volunt in eo consistere  
quod partes habeant talem ordinem in toto, ut ratione huius  
ordinis ex natura rei partes illae necessario habitae sint  
103<sup>a</sup> ordinem similem in loco, nisi diminutio impediantur.

Secundo describitur quantum ad Aristotelem in Metaphysica cap. 13. Quam-  
tum esse divisibile in partes eandem rationis, quae separate a  
toto possunt existere, etiam quod esse tale quod erat divi-  
sum. ng. corpus est divisibile in partes, quarum quaelibet est  
etiam corpus. Quod si aliquando partes aut separari actus, aut  
separata existere non possint: id non ratione quantitatis sed sub-  
iecti accipitur.

Nota secundo species quantitatis continua sic describi solere.

Linea est magnitudo ad unum continua. Dicitur quantitas continua  
permanens protensa secundum longitudinem tantum, sine longi-  
tudinis latitudinis excessu. Superficies sine latitudine et magnitudo  
ad duo continua. Dicitur quantitas longa et lata. Corpus sine



profunditas crebrior, magnitudo autem continua. Id est lon-  
ge, late, profunda.

Notandum tertio quantitatem discretam sic describi. (Tempus est  
numerus motus secundum prius et posterius. Id est est quan-  
titer continua successiva, quae motus unam partem ante ali-  
am extensam habet. vel brevius tempus est quantitas conti-  
nua successiva quae ~~fluit~~ partes motus extenduntur). Num-  
erus est multitudo unitatum permanentium quantarum dispo-  
sitionum. Id est quantitas discreta permanens. Ex quo patet ut  
mensura rerum spiritualium hanc non pertinere. Oratio est  
mensura durationum successivarum, sine multitudine temporum  
discontinuum. Id est quantitas discreta successiva.

Quantitas igitur est extensio partium quae in toto una est et  
durationem extensam aliam dispositam, cui unitate veliter debetur et  
tensio in ordine ad hanc, et repugnat ei esse in indivisibili, <sup>et</sup>  
videt divisi-<sup>bi-</sup>litate, mensura, impenetrabilitate et reliquis  
proprietatibus, quae quantitati assignantur.

Quantitas permanens est, cuius partes simul coexistere possunt,  
ut linea, superficies, corpus, numerus.

Quantitas successiva est, cuius partes non possunt coexistere,

sed una posterita, incipit alia, ut tempus et virtus. 121.

De materia, compositione, speciebus et proprietatibus quantitas,  
in commodis et utilibus Deo fauente in Phisicis Philosophiis.

# DISPUTATIO XVI.

## De Relatione.

Ordine doctrina seruato Anter relationem 21. Ap.

qualitati (que nature signitate precebat) preponit, quia  
scilicet in re ad antecedendum est, quod ad procedendum ex,  
plicationem magis spectat. Relatio autem ad constructionem  
rationem eorum que precedenti capite de magno et paruo di-  
ta sunt, magis spectat quam qualitas.

Summa textus cap: ad aliquid.

Due sunt huius capitis partes. prima continet definitio-  
nem relationum ab antiquis tradi solitam, et quatuor prop-  
rietates huius definitioni accommodatas. Secunda meliorem  
relationum definitionem (qua sola relata secundum esse  
explicantes) et unam proprietatem huius communiatem.

Prima pars capitis

Relativa (secundum vulgarem scilicet antiquorum opi-



norum) dicuntur quatenus id quod sunt aliorum esse dicti,  
tunc vel quomodolibet aliter ad alterum. Id est relationes sunt quae  
dicuntur ad alterum. siue id expliciter per gentianum. siue per  
aliam quomodolibet eorum, ut pater simile etc.

Prima proprietas in hac definitione est, habere contrarietatem  
viam ut scientia ignorantiam per modum dispositionis, sicut  
vitium.

Secunda recipere magis et minus ut simile. Non tamen  
omnes relationes convenire debet hae duas proprietates,  
mentes enim convenit, duplo, triplo etc. Quae autem haec

duae proprietates non conveniunt huius predicamento.

Tertia dici ad conversionem si bene assignatur velata ut  
Pater et filius. ubi ex Aristotele advenit primo. ut bene  
assignatur velata ut. ala et alatum: non enim bene assignatur  
quatenus, si quis diceret, alatum esse nisi alam. secundum et  
figuras numerum si non adsit unitatem. ut homo non unitas  
sed numerus dicitur. sic inquit capituli. Tertia propria est,  
relationem cognoscere, si omnibus alijs per intellectum sublati  
velati autem eo solo ad quod refertur, dicuntur ad unum  
tertiam. tunc enim signum est velata bene esse assignata;  
aliter non. ut si a Domino remanemus vel a Praeceptore,

quod sit dicens, datus, bipos etc. et solus unus datus in 1, 122  
la rationem dantis; in hoc docendi ratio erant serui et  
dispositi correlationis: serui cum Domino, dispositi cum Deo,  
ut recipiantur ab eis et Con. hic voluit hanc textum  
proprietas communis relationis quatuor modis; alij omnibus  
sed non solis, non etiam denominationis conveniunt videtur.  
Quarta proprietas, simul esse natura, quia existendi consequen-  
tia recipiuntur, nec alterum est causa existentiae alterius,  
in quo consistit simultas naturae. Vid: Con: hic, Qu. 6. et Tunc II.

### Secunda pars capituli

23 Ap.

Sumpta occasione ex partibus sunt, quae secundum priorem  
Descriptionem videntur esse relata: hanc relationem secundum  
esse subdit definitionem: Relata sunt quorum esse idem est  
ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere. Per quorum  
tota essentia et aliud recipere, sine quorum natura et essentia,  
et nihil est aliud quam ad aliquid aliquo modo se habere. Ita  
ut sint essentia quantitatis in ipsa extensione partium,  
sistit, et formaliter per quantitatem subiectam habet exten-  
sionem partium: similiter tota quidditas relationis est in  
ipso ordine sine habitudine ad aliud, et per relationem



subiectum constituit respectum, sine habens ordinem ad al.  
liud. n. g. data ratio formalis similitudinis, et respectus unius  
qualitatis ad aliam: qualitas vero ut albedo per relationem quae  
est similitudo habet quod refertur ad aliam albedinem sibi  
similem. Ex quo patet potius substantivum non esse relationem  
nam non in sola habitudine ad aliud eorum naturam consistit.  
Proprium est relationem in hac definitionem: si quis  
noverit aliquid relationem definitam, et ad id quod refertur de-  
finitum cognoscat, id est determinatam et particulariter. n. g.  
si quis noverit Philippum esse fratrem Alexandri magni, nescit  
se et ut etiam cognoscat hunc esse illius fratrem. Adversus q.  
qui cognovit unam relationem potest quidem ignorare alteram:  
qui tamen cognovit relationem formaliter, necessario etiam ter-  
minum extrinsecum cognoscat, ad quem relatio formaliter ordi-  
nata dicit, ut patet in allato exemplo. Vid. Tob. et Gen. hic q. 4.  
s. Maj. Quod primum, quomodo relata habent contrarietatem cum Aristotele  
capite precedenti, et s. Philo: tex. 10. id aperte negat? Quam  
Coh: hic secundum veritatem et Aristotelem relationes non habere  
contrarietatem: hic Aristotelem tantum loqui de iis quae inter se defini-  
tione comprehenduntur.

Quæritur secundo, an sit verum quod hic dicitur æquale singulis, 23.  
cipere magis et minus? R. hęc hęc vulgari tantum est  
rigore philosophico, quia enim exacti non est æquale alteri,  
simpliciter et ei inæquale. Et quodvis vel minimum magis,  
totus quantitates proportionis, totus veniens est non inæquale,  
litas; donec ad proportionem peritiam eandem perveniant in  
qua consistit æqualitas, idem de similitudine dici debet. Dis-  
criminetur enim aliqua vulgo magis minime similia solummodo  
de propter excessum vel defectum ab una perfecte terminis,  
non tamen autem propter relationis intentionem. Item dicitur  
Tot. et Con. hic. For. n. Met. cap. 15. q. 5. s. sex. 2. Sicut  
dis. 47. Met. sex. 18.

Quæritur tertio quomodo relativa sunt simul? R. Rela-  
tiva formaliter ut talia sunt et in sensu composito sunt  
simul, materialiter vero et in sensu diviso, hoc non est nec-  
essarium, ut patet in patre et filio. Quomodo vero sen-  
sus et sensibile materialiter sint vel non sint simul, in lib.  
de anima demonstrabitur.

# QVÆSTIO. I.

## De essentia relationis.



De relatione tractat Arter hic, et s. Met. ca.  
pita 10. tex. 20. et eius interpretet ibidem, praesque Rub.  
hic. Sane in metas. q. 6. Searcy dicit 49. Th. Augustini.  
distinctio 20. D. Thomas i. p. q. 29. et hunc in  
terpretet ibidem.

## DVBIVM I.

De varijs terminis in hac materia usitatis.  
Quoniam in hac disputatione frequenter occu-  
runt hi nomines: relatio, relatum, sive relationis, fundamen-  
tum, ratio fundandi terminus extremus, correlativum. hic  
breuiter videndum quid sibi velint, quia de utroque hic q. 1.  
art. 4. et latij foras citatur q. 1.

\* Relatio est accidens quod formaliter aliquid ad aliud refer-  
tur ut paternitas. Relativum est id quod ad aliud refertur ut  
pater. Fundamentum est immediatus subiectus relationis, ut poten-  
tia generativa identificata una p. v. Ratio fundandi, quae  
est fundamentum proximum dicitur et conditio necessaria  
requisita ut relatio sequatur fundamentum, ut accio genera-  
tione, sine qua homo non acquirit paternitatem. Terminus est  
id ad quod aliud refertur, ut pater ad filium. extrema est  
ipri termini quater inter illos est relatio, et extrema p.  
termini sunt pater et filius. Correlativum sunt qui ui-

issim inter se referuntur, ut Pater et filius. Nam licet 124.  
pater et dominus sint relationes, non tamen sunt inter se  
relationes, sed pater et filius dominus et servus. Non patet  
in relatione similitudinis quae inq. sunt et deus inter se referuntur.

## DVBIVM.II.

An et quae relationes sint reales?

107<sup>a</sup> Dico primo, contra Zenonem Eleatem, et oēs 6. Arg.  
fere philosophos Platonic antiquiores dari relationes aliquas  
reales. Est Platonis, Aristotelis, omnium theologorum et  
philosophorum, veteribus illis exceptis. Et quidem dari  
relationes in divinis reales et de fide. Quod etiam crea-  
te dantur, probatur. Sicut enim DEVS Pater deo refer-  
tur ad filium qui est huius principium: ita homo qui est  
principium sui filij ad eundem referetur. Confirmatur  
nullo cogitante magis, minus, aequale, simile, Pater, filius &  
dicunt habitudinem ad aliud, sine quo nec esse ~~nec intelligi~~ nec  
intelligi formaliter possunt. Haec autem relationes in crea-  
turis esse accidentia patet, quia possunt adesse et abesse sine  
suarum subiectorum corruptione, per solam scilicet extrinse-  
ci mutationem. In deo autem nullum est accident.

Dico secundo. Relatio realis praedicamentalis debet habere



fundamentum reale, terminum realem, realiter existentem,  
et realiter a fundamento distinctum. *arg.* Paternitatis subiectum  
sive fundamentum, et quia substantia patris terminus et filii  
us realiter existens et realiter a patre distinctus. Primum et  
secundum patet. quia relatio pendet a fundamento et termino.  
Eius autem reale non potest dependere a non reali. Deinde re-  
latio et fundamentum sunt idem realiter ut infra patet. Ergo  
si relatio est realis etiam fundamentum erit. Tertium et Divi Tho-  
mae 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup> q<sup>ue</sup>st. 42. art. 1. ad quartum. Tum quia realis relatio est  
ad aliud et non eundem ad se ipsum. Tum quia terminus  
est idem realiter cum fundamento oppositi relationis matri-  
as. omnes autem oppositi relationes reales, realiter inter se di-  
stinguntur. Ergo et illa quae ipsis identificantur. in creaturis. *Et*  
Dico tertio fundamenta oppositarum relationum realium, debent  
inter se realiter distinguere. Patet ex dictis oppositae enim rela-  
tiones distinguuntur realiter ut diximus supra Divi scilicet 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup> q<sup>ue</sup>st. 6.  
Sed quilibet et idem realiter cum suo fundamento. Ergo et haec  
realiter distinguuntur. Nam duo distincti realiter, non possunt  
sunt identificari uni tertio in creatione.

*Obijci.* Quicquid praestat relatio praestare potest eius ab-  
solutum, vel denominationem extrinsecam. Ergo frustra finguntur  
reales relationes. Antecedens probatur. non aliter *arg.*

sufficiens et non ver sit alteri albo similis, vel saltem dicitur jure  
similis ab albedine, quæ et in termino sunt ver nisi a ratione  
quæ et in oculo. R. nego antecedens. Ad priorem probationis  
partem; realiter concedi, formaliter nego. Ad posteriorem d.  
en. quod purior dicitur similis ab albedine propria, conceptibili  
in ordine ad terminum: non autem ab albedine quæ non habet  
alius enim niger purior posset esse similis albo. Contra videtur  
quæ objectiones notæ, illis tantum probari relationes et non  
fundamentis non distingui realiter, sed ratione tantum rati-  
ocinata. Ex quo tamen non sequitur: illud vel nihil esse vel esse  
entia rationis. Sicut enim canis, animal latrabile, domus ani-  
ci, hostis ferarum, itineris comes, adulterii artifex, venationis  
instrumentum sunt una res diversimode concepta; et non multa  
entia rationis. Ita ergo albedo similitudo, dissimilitudo, sit  
eodem ver sed non eodem modo concepta ut etiam supra dicebam.

108<sup>a</sup> ergo dicitur: 8. 1<sup>us</sup> 2. dicitur: 2. et 4. Notanda hinc doctrina \*  
est Socris Phil. 6. 1. 4. et quod illi citant.

Hinc inferitur primo, inter duo subiecta eodem numero albedi-  
nem habentia, non esse realem similitudinem, quia hic terminus  
et factum sit idem realiter, sed eodem albedo.

Inferitur secundo si idem purior haberet duplicem albedinem  
inter his duas albedines fore realem relationem similitudinis.



ut patet ex secundo et tertio dicto.  
Tertio Identitatem similitudinem, aequalitatem dicimus per se non,  
non in natura sine essentia, non esse realem, ut bene patet  
alias Suarez 3. parte. lib. 4. de Trinit. cap. 18. num. 8. Deinde  
dicendum est de illa relatione qua aliquid ad se ipsum refertur:  
est enim tantum rationis.

Infertur quarto, ad essentiam realis relationis requiri tria:  
primo, fundamentum realiter existens: secundo terminum re-  
alem formaliter existentem tertio ut terminus a fundamen-  
to realiter distinguatur.

Dicitur. omnis causa ad effectum realem habet relationem,  
et contra: et tamen finis cum causa non dum existit, et  
ergo falsa est secunda conclusio. Q. nego antea videtur, finis  
enim etiam dum causa non refertur realiter ad effectum,  
cum causando non communicat realiter entitatem effectui,  
ut dicitur 2.º Philosophorum.

## QVAESTIO II.

### De fundamento relationis.

### DVBIVM. I.

Quot in genere sunt fundamenta relationum?  
Nota hic fudum accipi, tum pro eo, cui rela-  
tio immediate videtur, tum pro ratione quae necessarii requi-  
ritur, ut ex fundamento pullulet relatio, et sicut solent ratio

fundandi; licet haec inter se multum differant. Illud in jro  
est idem realiter cum reali relatione, ac proinde ubi: et quā-  
do est relatio, ibi idem et tunc est etiam fundamentum. ug.  
Eternitas et fundamentum paternitatis semper in eodem hōe  
et eodem tempore reperitur. Ratio vero fundandi cum non  
sit idem realiter cum relatione non est necesse ut ibi et tunc  
existat, ubi et quando existit relatio: potest enim aliquando  
aliter fieri. ug. paternitas est in patre, actio vero qui est  
ratio fundandi paternitatem est in filio: quia paternitas  
vera existit, non existente amplius actione generativa.  
His positis Trium primo triplex ac Aristoteli symbolis: cap. is.  
cuius interpretationis tria ibi, tum in hac capite generis relationis  
ratione fundamenti assignatur. Primum vocat secundum nomen,  
vum (scilicet transcendentalem) id est quod fundatur in unitate  
et vel multitudine, id est trifariam: si enim fundatur in unitate  
vel multitudine sive dicitur identitas vel diversitas. si  
duo homines habent inter se relationem identitatis homo et  
eque diversitatis, si in quantitatis dicitur aequale vel inae-  
quale. si qualitatis: simile vel dissimile.  
Secundum vocat secundum potentiam actionem et passivam,  
nam, et potentiarum actionem, sine actionem ille sint passivi-  
tes, et cum ignis calefacit lignum, sicut praeterit, sicut pa-



ter dicitur (in q) quia fuit, filius quia passus est. De de-  
tione et passione intelliguntur. hic omnes causalitates q-  
venientes a causa realiter existente et tendentes in existentiam  
effectus: hinc merito excludunt causam finalem, quod etiam fo-  
uit Sorocet, sex: 14. non: 8. Hæc autem omnia fundantur  
vel in rei ultimæ productione, vel in motu locali ut sunt pro-  
pinqritas, filialis, propinqritas, distantia etc. Vnde bene  
aliqui inferunt, quod quicquid existit (Deo excepto et relati-  
vum) habent aliquam realem relationem ad omnia omnino vi-  
alia in rerum natura existentia, scilicet relationem identi-  
tatis vel ~~relationis~~ diversitatis, propinqritatis vel distan-  
tiæ.

Tertium genus per exemplum vult mensurabile ad mensurabile  
et hæc sunt relationes secundum dici, ut visibile intelligibile, visi-  
bile etc. quæ non sunt proprie ad aliud nisi denominationi  
re extrinsecam. Hæc q- relationis fundatur in relatione exis-  
tente in alio extremo a qua extrinsece aliquid referri dicitur  
ad aliud in quo ipsa est relatio. Sic Deus dici potest creator  
ad ipsam relationem quæ est in creatura.

8. Maj. Dico secundo duplex tantum esse in genere fundamentum relationis  
predicamentalis, primum scilicet et secundum genus supra exp-  
tum, videlicet secundum nomen et secundum potentiam. Tertium  
enim genus non est nisi fundamentum relationis predicamentalis,

talis, ut premittit ille s. Met. his verbis affirmat. Quodam, 127.  
secundum numerum et potentiam ad aliquid dicuntur, multa sunt  
ad aliquid eo quod ipsum quod est alterius dicitur ipsum quod est,  
et non eo quod aliud ad illud. Memorabile scibile et intelligibile,  
eo quod aliud ad illud dicitur. Conclusionem nostram docet Diony-  
Thomae s. par. q. 28. art. 4. in corpore. ubi per quantitatem ad  
intelligit quod Aristoteles per numerum. Item docet Sontanus,  
s. Met. q. 29.

Contra objectionem duo nota, prima relationes non mutua-  
bene esse reales et praedicamentales quam sunt mutuae si ad sui  
requisita, fructus questionis. 2. 6. 2. et dicitur secundo, et 4. 4. 2.  
rollatio, et creature ad Deum. Secundo quod s. Thomas  
loca citata ad primam dicit scientiam realiter referri ad sui-  
bile, ad minimum intelligi debere si scibile existat.

## DUBIUM II.

In quibus praedicamentis funditur relationes?  
Dico breviter in omnibus praedicamentis fundari  
relationem praedicamentalem: exceptis fortasse ipsius relati-  
onis praedicamento. Quod funditur in substantia docet Aristoteles  
ille textus 20. qui inter relationes primi generis identitate  
posita, qui substantiae cohaerent, cum indubitanter substantia ad  
aliam substantiam existerent et sibi in aetate similem referretur  
D. docet Franciscus Sontanus, Sotus, Avicenna, magister Albertus.



Cristianus quod sit et sequens Socrates et Aristoteles citationem  
Dionysii illa qd: 28. ut: i. et expressis operibus 8. tract.  
tu se cap: 4. et merito. relati enim creature ad Deum et sub  
stantie unius ad illas ver existentes quas producit, est forte  
tam veritas quam sit unius albedinis ad albedinem alium. De  
predicamento quantitatis et qualitatis inter omnes Philoso  
phos dari relationes, in istis fundatur cum forte et patet de  
precedente dicti prior. De relatione generis autem  
inter se dissident. Probatur videtur Sententia Socrates sec: ii.  
3 May: et Aristoteles hic qd: ii. et eorum quod sitant, non esse rationem nam  
relationem fundari in alia qd. nam similitudinem in paternitate  
et: sine concedamus dari infinitam processionem in relationibus cre  
aturis, sine (quod melius est) dicamus eam utrobis citatis sit  
tentum esse in ea relatione qui eandem denominationem sus  
cipit quam prebet fundamentum quod, necessarius et intrinse  
ce seum affect. qd. similitudinem ducimus paternitatem non  
referri per aliam similitudinem sed per se ipsam utq. quod, sibi si  
milis, contraria tamen sententia que negat relationem fundari in  
relatione, suas rationes cum habeat et potenter patet non est  
contemnenda

De reliquis predicamentis patet a simili. Sunt enim Diversitas et  
Diversitas in substantia; aequaliter et inaequaliter in quantitate;  
similitudo et dissimilitudo in qualitate; sunt relationes ex qd. habent





Prima opinio est multorum quos citat et sequitur Ar<sup>o</sup>: hic  
ps. 14. num. 308. qui vel clare vel obscure doceri videntur, si  
omnem saltem aliquam relationem a fundamento distinguere  
tunc rei.

Alij uolunt relationem et fundamentum esse eandem entitatem  
et tentum per intellectum. Distingui sicut gradus metaphisicos  
in eodem individuo. Et Saech sex: 2. à num. 12. qui citat Oger  
grigorianum, Epistolum, Sylvestrum: Dionem Damascenum, Hermannum  
Hanselmann, et D. Thomam, qui opusculi 48. cap: 2. expresse ait,  
quod similitudo Sacratior non sit aliqua res in se uelate alia ut ipse  
se albedine, sed saltem est inquit ipsa albedo ut se habet ad aliu  
bedinem et latum. Et etiam multorum aliorum. P<sup>er</sup> primo con  
sario quic non sunt multiplicanda entia sine necessitate, P<sup>er</sup>  
secundo in eodem seruo. illud est relatio materialiter, quo posito  
ceteris omnibus ablatis ponitur relatio, et quo ablato ceteris q<sup>u</sup>  
buscumq<sup>ue</sup>, positis auferatur talis relatio. sed si in dactylis paris  
tibus ug. ponatur albedines, ne per diuinam quidem potentia  
am poterit abesse relatio, et contra si auferantur albedines, n  
potest remanere relatio sine similitudo. P<sup>er</sup> tertio in d.  
Thoma. sequente adueniente relatione mutari subiectum, q  
est contra Aristotelem s. P<sup>er</sup> tex: 10. Nec ualeat si dicit  
hanc relationem pullulare ex fundamento per emanationem:

nam quomodo magis, pullulet mutatur subiectum, cum per veram re-  
surrectionem sine corruptione agerat, aliquam entitatem quam pri-  
us non habebat.

Ad solvenda contraria argumenta haec constanter neganda sunt,  
necesse fundamentis posse entitatem relativam corrumpi,  
(Sicut formaliter corrumpitur relatio quando corrumpitur ter-  
minus, necesse fundamentis.) relationem proprio modo, nec  
videri a substantia realiter distinguui. Haec enim omnia fal-  
sa sunt. Totum hinc rei ratio pendet ex verum cognoscibili,  
per perfectionem, et nostri intellectus imbecillitate apprehen-  
denti simpliciter verum quidditatem, conceptionem illarum per-  
fectionum inadequatis representationibus.

## QVAESTIO. III.

*Determino Relationis.*  
Terminus relationis realis debere esse realem, reali-  
ter existentem, veluti a fundamento et relatione quam terminat  
distinctum esse distincte manifestum est. Alii quaestio est, utrum  
terminus relationis sit aliquid absolutum an respectivum.  
Aliqui volunt relationem terminari ad aliam relationem, ut  
terminum paternitatis esse filiationem. Alii contra non  
esse relationem formaliter, sed aliquid absolutum, ut paterni-  
tas terminum non esse filiationem, nec filium formaliter et  
filius est, sed ipsam substantiam hominis ad aliam homine



Hinc inveniuntur geniti.

Dico breviter. Formales terminus relationis est semper absolutus.

Est Scoti in primis. Distinctione 30. q. 1. et Scotistarum, Vasquez 1. par. Dis. 189. et num 23. Suarez sex: 16. qui aliter pro hac sententia est, et iuxta quandam opinionem D. Thomae exple. Theologus eos Thomistas qui contrarium sentiant bene re-

arguit. Pro. quia aliter darentur duo summa genera huius praedicamenti, et sub nostro continerentur relationes non mutuae. Pro secundo. relationes non mutuae ut creaturae ad Deum habent terminum aliquem et nullam oppositam relationem. Ergo terminus non est opposita relatio, et eadem est ratio de mutuis. ut filiatio, non ad paternitatem sed ad fundamentum paternitatis terminativum. ut fateri probat Suarez supra. Pro tertio. relatio per terminum debet definiri et non per oppositam relationem sive initio ut bene Vasquez et sentit supra.

Ut objectionibus adversariis fiat satis concedendum est unam relationem divinam ad oppositam terminari: sed longe est illi a ratio de creaturarum relationibus ut bene docet Suarez. Item posse unam relationem formaliter cognosci, sive correlatione formaliter. Nam ad cognoscendam relationem patris satis est ut cognoscam esse in mundo alium hominem ab illo genitum. etiamsi non cognoscam in alio extrema relationem quae est filiatio.

Dicitur aliquod unum velatum definitur per alterum? ut 130.

Pater per filium, et contra filius per patrem? Q. cum

Anterioribus citatis non, sed per fundamentum ad terminum.

ut pater definitur qui similis in natura habet ad se genitum

et sibi coexistentem. Simile uero dicitur quod est talis quali-

ter in ~~intentione~~ intentione, qualis est non alia ipsi coexis-

tens. uel quod talis habet qualitatem, qualis est in alio sub-

iecto simul coexistens.

143.

## QVÆSTIO. IV.

14 May

De genere et speciebus huius. Prædicamenti.  
Dabitur unum genus summum huius prædicamenti.

in philosophorum consensu docet. quod de Soarez, Fonseca,

et late Arrius hic §. 2. et breuiter Toletus §. 1. Et va-

rio est, quia accidentis respectum datur reale in nullo prædi-

camenti alterius ratio conuenit, et habet omnes conditiones

quæ summum genus requirit, ut non patitur. Solum ergo uide-

inquirendum quæ sit eius ratio, et quomodo dividatur tam se-

cundum speciem quam secundum numerum.

## DVBIVM. I.

An quo consistat ratio relationis ut est summum genus?

Dico breuiter summum genus huius prædicamenti

est habitudo realis accidentalis ad terminum realiter a funda-

mento distinctum eius coexistentem et existens est (abstrahendo

se ab omni alia ratione) dicitur realis quia sola acci-



Identia respectu realia sunt in hoc predicamento. Dicitur  
ad terminum, quia cum sit in subiecto more aboum accidentium,  
hoc habet penitiam, quod uere sit ad aliud. Ex quo fit ut relatio  
o uere sit in et sit ad. quod duplex ratio est realis. Dicitur dis-  
tinctum et coexistentem: quia si terminus uel non realiter dis-  
tinguatur a fundamento, uel non actu existat est relatio  
rationis. Dicitur ut existens et ut excludatur ratio transien-  
dentis respectu, quod in singulis relationum differentijs in-  
cluditur. Differentie enim huius generis sunt habitudo ad ter-  
minum existentem non ut existens est, sed quatenus talis est.  
Exemplum enim patet, similitudo, equalitas etc. in hoc conue-  
niunt quod quilibet sit habitudo accidentaliter ad terminum a  
se distinctum, et coexistentem sibi ut existens est: patet  
uero quatenus differt ab alijs recipit terminum non ut exis-  
tentem tantum, sed ut a se existens similiter, sibi in natura.  
Item de similitudine, identitate etc. dicendum est.

Ad argumenta soluenda.

Nota primo falsum esse omnes relationes esse rationis, si-  
mi generis rationem includi in differentijs relationum; omnes  
relationes debere habere correlationem.

Nota secundo quod licet tam in particulari quam in generali  
omnis relatio habeat terminum, non tamen esse per se ut rel-

latio in communi habet correlationem. Si etiam summa 131.  
generis haberet correlationem, essent duo summa genera, p  
feri non potest. Sola ergo relatio in particulari habet correla-  
tionem, neque tamen omnino. Nam relationes non tantum uo-  
crentur ad Deum, non habent correlationem. Terminum autem  
relativi in communi est absolutum sive in communi, distinctum  
a subiecto relationis: si terminus similitudinis in communi e-  
st absoluta qualitas distincta a fundamento relationis quam  
terminat et eiusdem intensionis cum illa.

## DVBIVM II.

Quanam relationes specie distinguantur?  
Dico breviter quae habent diversa fundamenta  
vel diversos terminos. Quod a fundamentis desumitur spe-  
cifera relationum differentia patet ex s. Met. 10. ubi  
ex diversitate fundamentorum diversa genera substantiarum re-  
lationum colliguntur. Quod etiam a terminis patet ex s. Top:  
luc. 44. 45. 53. ubi expresse docetur in definitionibus re-  
lationum (non summi generis quia proprie non distincti)  
ponendum esse proprium et specialem terminum.

Ex quo colligimus quod una relatio consistit in similitudi-  
ne unius rei ad aliam sive fundamentum ad terminum: si  
autem ratio generum relationum pariter ex similitudine fun-



2  
Damenti existenti ad terminum existenti, ut existens  
ita ratio specifica ex habitudine talis fundamenti ad talium  
terminum ut talis est ng. ut est substantia, ut est quantitas,  
ut est qualitas etc.

- \* Hinc patet relationes fundatas in substantia ut est identitas, in quan-  
titate ut est equalitas in qualitate ut est similitudo differre inter se  
specie. Item relationem minus albedinis ad aliam albedinem differre  
specie a relatione eiusdem albedinis ad nigredinem, quia hic di-  
versi sunt termini. Item omnes paternitates esse eandem  
speciei quae habent idem specie fundamentum et terminum.

## DUBIUM III.

Quae relationes distinguantur numero?  
Dico primo omnes illae numero differunt, quae sunt in  
diversis numero subiectis, sine quae habent fundamenta realiter dis-  
tincta. Ratio est quia differentiantur suis fundamentis, ergo quot sit  
fundamenta realiter sine numero distincta, totidem erunt rela-  
tiones.

Dico secundo. Relationes ng. Patris ad plures filios esse idem  
realiter inter se. Patet, nam sunt idem realiter uni tertio creato,  
scilicet fundamento. Ergo etiam inter se, Idem dicendum et

de omnibus omnino relationibus in eadem entitate fundatis.

Quaeritur primo, an simpliciter loquendo parens una relatione ad plu-  
res filios, an pluribus referatur? R. primo, realiter unam ha-  
bere ut patet ex dicto secundo. R. secundo cum secretis sex: 10. nu-  
mero 23. probabiliter videri esse plures, solo numero distinctos, tot

scilicet quot sunt filij, et parietem album tot habere relationes; 32  
similitudinibus, quot sunt res albe in verum antea tot inquam non  
physice sive realiter, sed metaphysice sive per intellectum. Nec  
est ullum incommodum plura accidentia eiusdem speciei ratione tantum  
distincta esse in eodem subiecto, cum quolibet huius propriam  
quasi officium exerceat, quod hic accidit. Q. tertio posse etiam  
defendi, patrem unum habere paternitatem, sive unum sive plures fi-  
lios habere, quae toties pereat et in novam mutetur quoties plures  
vel pariter nuntius eius filij. Et sic duo sunt concedenda. primum  
unam relationem duo terminos particulariter habere. secundum, quod  
mutato uno pariete eg. ex nigro in album omnes fides mundi, ver-  
albus et niger amissa priore relatione nomen ad infinitum pene  
terminos agere.

Quaeritur secundo ex utroque patre ad filium habeat relationem  
eiusdem speciei? R. D. Thomas qui putat esse diversam  
speciem generationis in Patre et Matre, putat etiam relationes de  
diverse speciei. Probabiliter tamen est esse eiusdem speciei, in  
secundam probabiliorum sententiam utroque patre sit actum prin-  
cipium filij a se geniti. Item filij relationem quam ad matrem  
refertur et quam ad patrem esse similem eiusdem speciei, unum  
nec ratione fundamenti, nec ratione termini. Illam speciem dis-  
crimines hic apparet.

## DVBIVM IV.

Quomodo dividantur Relationes?



16 Maj Quomodo in reales et rationis, mutuas et non mutuas,  
equivalentes et inequivalentes, secundum esse et secundum dici, di-  
stinctio relatio ex dictis tam hic tam in summis patet.

Hic tamen nota relationem predicamentalem dividi in duodecim.  
Primum dicitur secundum numerum. Secundum dicitur secundum  
potentiam et esse actum. Sub primo sunt identitas et dis-  
tinctio, equalitas et inequalitas, similitudo et dissimilitudo, coexisten-  
tia etc. sub secundo uero paternitas, filio, relatio causa et effectus  
etc.

Nota secundo divisionem relationem potest secundum predica-  
menta quia scilicet aliquae fundantur in substantia, aliae in quantita-  
te, qualitate etc. Quorsum quae fundantur in predicamento substi-  
tiae, dividi potest ad terminos in ordine, ut sunt identitas et di-  
versitas et sic de reliquis predicamentis.

Nota tertio. ab Aristotele praeceptis plerisque assignari transcen-  
dentes relationes, quae scilicet sunt de coequentia absolute non senti-  
am, videntur per omnia predicamenta, nec requirunt terminum  
realem existentem. uero potentia materialis ad formam quae recipi  
potest, et quilibet potentia ad omne obiectum vel actum.

Quae de re sic sentio primo. Sicut ratio substantiae quae tam  
generibus quam differentijs analitice convenit et transcendit;  
ita datur aliquam relationem analitice in differentijs et quali-  
tibus rationis reperitur et hanc esse transcendentelem.

Sentio secundo. Relationes quae in unitate vel diversitate essent.

hanc fundamentum. Si quidem aliqui sunt patres transcendentes, 133.  
habetur per se. secundum relationem. Et hoc videtur per se.  
tamen cum veniat ad primam quod per se relationem, sunt enim  
vel Identitatis vel Diversitatis.

Tertio. Nullus dicitur relationem quod sunt de essentia absolute,  
cum sunt quilibet 13. et 4. sententia. Distinctio. 21. q. 1.

Quarto sententia ita cum veniat relationem habere terminum reali-  
ter existentem.

Quinto. Retinet quod. Illi transcendentes nomen, vel de neri  
predicamentales, vel essentia, vel potius nullus. Similiter potentia  
Dei (ne fatetur sanctus sensus 18. non 19.) si videtur nomen respectu  
transcendentem, sed tamen significant ad modum respectum  
ita si potest de principium operandi. Sive actionem sine passionem  
nam in creaturis ego potest videndi, prout modum formam recipi-  
endi non includens in sua essentia ullum respectum, sed accipi-  
a modo in ordine ad suum effectum, et absolute, a quod indiciat spiritus.  
Hic distinctionis nomen recipitur. cum intentionem verum cogniti-  
onem non habentem. Sic genus generis et specificum in  
ordine ad diversas proprietates et actiones in eodem intus,  
tamen distinguere solentur. Ut quod animal sit principium  
sentendi, vivens vivendi, corpus quantitativum corpulentia  
Et hoc est causa seu potentia et habitus ad obiectum et  
actionem dicuntur specificari, sicut modo nostro intel-  
ligendi. Et hoc de Relatione.



# DISPUTATIO XVII

De Qualitate.  
Summa textus Aristotelici.  
Aster hic primo describit qualitatem, qua scilicet qualiter quid  
dicuntur supple accidentaliter.  
Secundo species illius quatuor assignat et explicat.  
Tertio describit qualia. que inducunt a qualitatibus derivantur  
tunc dicuntur ut sapiens a sapientia, studiosus a virtute, curus pro-  
gil a qualitatibus nomine earentibus.  
Quarto tres assignat proprietates.

Quinto querit quomodo habere sit in hoc et relationis predicamen-  
to? Res: prius in generali quidem multas qualitates perti-  
nere ad relationem; in particulari vero non item. Intellege modo  
communi loquendi illius temporis, et non Philosophice. quomodo  
etiam loquitur 4 top: loco 48. Res: secundo remanent et  
eandem (diversimode scilicet considerantur) posse esse in pluribus  
predicamentis. Atque ita licet concedi non debeat scientiam et ha-  
bitum proprie esse in predicamento relationis. hoc tamen con-  
cedi adhuc possunt esse in qualitate. ut n. albedo et est qualitas  
et simul relatio quatenus scilicet considerantur in ordine ad terminum

## QVAESTIO I.

In quo consistat ratio Aster qualitatis in genere?  
Non agimus hic de qualitate prout significat diffam

essentialem aliam substantiam vel accidentem, nec prout signi. 134.

Sicut ad omne, quod de substantia praedicatur accidentaliter in qua,  
le, sed de qualitate quatenus est unum primum fundamentum alicuius di-  
finitionis constituit.

Dico breviter. Qualitas est ens absolute nullum per se  
habens extensionem, perfectam, et penam rei alius complemen-  
tum. Id est, importans quidem determinationem subiecti, ut  
ait D. Thomas 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup> q<sup>ue</sup> 49. art. 2<sup>o</sup> in corpore. Per tres priores in mai-  
oribus particulariter distinguitur a substantia, relatione, et quantitate; p-  
quantum ab actione et passione; per ultimam ab ubi et quan-  
do, quae sunt genera rerum complementa, et unius, rei communi-  
ant generaliter ea quae prout res illa existat.

Qualitas porro rei cui advenit peculiariter quodam modo acciden-  
taliter determinat, sicut forma substantialis essentialiter, ut  
habet Suarez dis. 42. Met. sex. i. n. v. s. Et D. Thomas ibidem.  
Et propter hanc causam qualitas dicitur sequi formam, et spe-  
cialiter esse substantiae effectus. Quantitas vero sequi materiam  
quia dat illi extensionem et modum corporeum. Suarez et  
Cuius hic qualitates ament esse accidentia absolute adiecta sub-  
stantiae creatae ad complementum perfectionis eius, tam in  
existendo quam in agendo.

## QVÆSTIO II.

De speciebus et proprietatibus qualitatis.  
Dico primo. Dispositio late sumpta est qualitas



supponere et efficere potentiam naturalem in ordine ad effec-  
tum aliquem vel producendum vel recipiendum, et sub se complexi-  
bitatem et dispositionem probe sumptam, sicut inens animal et  
plantam. Habitus vero est dispositio sua natura difficile mobili-  
lis a subiecto. Id est eius existentia non dependet ab actu in  
fluxu causa secundae conservationis. Dispositio autem probe sumpta  
est dispositio paulo ante explicata natura sua facile mobilis a sub-  
iecto. Id est quae pendet et in fluxu et in concursu a causa secun-  
da concurrens ut sunt species intentionales et qualitates formales,  
in conceptum.

Ex quo patet primo sanitatem non esse proprie dispositionem,  
sicut nec morbum: exemplum enim Aristotelis non requirit  
veritas.

Patet secundo ad habitum pertinere omnes habitus scientiarum,  
virtutum, virtuosum, etc. species intelligibiles dispositiones vero  
sua natura permanentes, ut sunt calor, frigoris, humiditas, et  
quatenus subiectum disponent ad formam aliquam vel requir-  
dam vel retinendam. Ad dispositionem autem probe sumptam,  
species intentionales cognitiones omnes et actus potentiarum quibus  
aliquis habitus requiritur debet. Item qualitates productivae  
medicis a magnetis, succino, torpedine, influentiae celestibus  
nisi impetibus projectivum.

\* Patet tertio habitum et dispositionem probe sumptam esse  
aliter distinguere.

Dico secundo. secunda species qualitatis est principium 13<sup>a</sup>  
accidentale primum operandi, sine aliq<sup>o</sup> providendo, sine vol<sup>o</sup>,  
cupiendo. Si sit convenienter subiecto dicitur potentia naturalis.  
Si sit inconvenienter dicitur impotentia, ut ug. multitudo putri,  
que disponitur ad divisionem q<sup>uod</sup> e<sup>st</sup> y<sup>st</sup>eria brevis si habetudo  
intellectus.

Ex his patet primo. potentiam et impotentiam naturalem,  
(que inde sic vocantur quod suis subiectis ut plurimum insita  
natura) esse entia quidem positiva, sed non essentialiter sita,  
tincta. Nam color intensus in <sup>igne</sup> igne et potentia naturalis; in  
ligno vero impotentia.

Patet secundo. Hinc spectare potentias omnes ug. intelligendi;  
videndi, comedendi, audiendi, somnandi. ~~Quia~~ siue sint cognos-  
cive, siue appetitive; siue effectivae siue receptivae. siue a  
subiecto realiter distinguuntur siue non.

Dico tertio tertia species continet eas qualitates que proprie  
aliquem sensum movent: que si natura sua sint a subiecto <sup>se</sup> ~~se~~  
facile mobiliter sunt patibiles qualitates; si vero facile (modo  
supra in conclusione priore explicato) sunt passivae. Dixi pro-  
prio ad excludenda sensibilia communia, ug motus figuram  
que pluribus sensibus percipiuntur.

Hinc patet primo ad patibiles qualitates spectare quatuor  
primas qualitates: colores omnes, odores, amara, dulcia.



ordinem, et ceteros saporis. Ad proximam vero lumen et si-  
nem: non vero formam, valorem ex necessitudine ordinis, vel  
etiam enumerantur vel exemplum gratia, vel communi vulgi  
sententia.

Datur secundo colorum et similis qualitates potius referri ad tres  
predictas species qualitatis. Ad primam quatenus est dispo-  
sitiua materialis ad formam ignis. Ad secundam ut est per  
caliditatem. Ad tertiam quatenus potest servare totum mundum.  
re. Sicut enim eadem res diversimode considerata potest pertinere  
ad plura predicamenta; ita etiam ad plures species eiusdem  
predicamenti. ut patet ex 2. Thoma 1. 2. 2. quæstio 49. art. 2.  
et habet Vauquety 1. 2. 2. dicit: 77. cap. 3. Cuius sententiam Vir-  
gilius 42. Met. qui tu in fine sex: se. non approbat senten-  
tiam eamque, utilem fectur.

Dico quæsto formam dici solere qualitates que resultat ex ter-  
minatione quantitatis in re aliqua naturali spectatur, ut forma  
hominis, forma Leonis, &c. quæ resultat ex terminatione  
quantitatis simpliciter ac in se spectatur ut triangulum, ut  
ait Boetius 2. institutio: Dialecticæ, cap. 12.

Nota hic formam et figuram videri non esse species qua-  
litatis, quæ assignatur. Alter vulgi sententiam est sententia ut in  
multis alijs rebus, tum hoc tum alijs huius libri capitulis. Fi-  
gura enim nihil dicit nisi quantitatem et non partem: solum

ma vero superaddis signa, et temperamentum plurimum 136.  
qualitatem connotando naturam subiecti, et in ea est pars per se,  
idear. Per formam enim Phisicam idem intelligunt quod Ma-  
tematicis per signum et aliquid amplius, ut iam diximus, sed  
de his accuratius in Phisicis interea loquimur ut mox.

trinsicum: posterioristium vero est una propositio syllogismi cuius  
predicatum inest. subiecto omni et semper, non prioristium tantum  
requirit ut in sit omni subiecto.

Nota omnes syllogismos his duobus aut principijs. Barbara 4<sup>ta</sup>  
et Darii immediate dicti de omni mediate vero illi omnes, qui ad  
hos reducuntur. Celarent, et Ferri, dicti de nullo regulantur im-  
mediate: mediate vero qui ad hos reducuntur.

Nota secundo omnes regulas syllogismorum tam generales quam  
speciales ex his principijs deduci. De quibus in sequenti, et Gal.  
hic i. prod. cap. 7. ante 1<sup>am</sup> questionem.

191.

## DVBIVM. III.

\*

An detur quarta figura quam Galeni uocant.

Nota primo Galenistas assignare quartam figuram op-  
positam primæ in qua subiectum medium in maiori predicatur, in mi-  
nori subicitur, cuius aliqui octo modos assignare dicuntur.

Bamalipo, Caremop, Festaymo, Dimariston, Festison, Fi-  
meros, Daliki, Cadobo.

Nota secundo. Cum Con: primo priorem capit 7. q. 2<sup>a</sup> art. 1.<sup>o</sup>  
Aristotelem non constituisse modos in director nisi duos in prima  
figura, Fapernus, et Lixeron: et syllogismum ubi hoc tractat  
accepisse pro premissis. Unde inu. sic potest illud esse minus



extremum, quod habet præstantiorem in Syllogismo, id est in præ-  
missis bonum. Præstantius autem semper est prædicari de medio ter-  
mino quam subigi: quod si utriusque extremi hic per fuerit ratio præ-  
stantior erit bonus illius qui primo prædicatur vel enuncipietur,  
antequam inferatur conclusio vel naturalis vel potestativa. Hoc  
certe verificatur et proprium infert naturalem conclusionem,  
et potestativam. Sicut in Barbara naturalis conclusio est  
universalis; potestativa vero particularis vel directa  
vel indirecta, quod est in Baralipson.

Dispositio prima. Tres ultimi modi a Galenistis assignati si-  
liet Fimero, Dabibi, Cadobo, non concludunt uni-  
versaliter. Ratio. quia in primo et tertio dantur termini in qui-  
bus omni. in secundo autem termini in quibus nulli, ut pa-  
tet in his terminis. Animal, homo, canis,

Dispositio secunda in Aristotele, Scato, i primum quæstione 14.  
loci citati et communis Peripateticorum sententia dant  
tres tantum figuras Syllogismorum. Si enim in præmis-  
sis unum tantum extremum prædicatur de medio termino et  
prima figura; si utriusque extremum prædicatur, et 2.  
unda: si utriusque subiungatur et tertia. De secunda et  
tertia figura certum est; de prima prædicatur. Nam extremum

est ille terminus qui praestantior in praemissis habet 19. 155.  
Cum ut diximus notabili secundo. Ergo quomodo longis dispo-  
tar sine ordinatur praemissa semper erit maior extremum,  
quod de medio termino praedicatur nec refert quomodo se habeat,  
ut vel in conclusione vel in questione proposita, ut bene notat  
Sextus citatus conclusionis quinta. Atque contraveniens. po-  
tuerunt medici inquirunt minus esse solliciti de quatuor  
or figuris in syllogismo, quam de quatuor humoribus  
in corpore: nec enim si una figura destituatur  
continuo egrotabit, ut corpus abegit quatuor humoribus  
illi.

Quaerens quomodo sit intelligenda quod ait Aristoteles, pri-  
ma prior cap: 9. ex maiori de necessesse, et minori de inesse,  
sequitur conclusio de necessesse; ex maiori vero de inesse  
et minori de necessesse non sequitur conclusio de necessesse, sed de  
inesse in prima figura. Q. Auctor hic cap: 10.  
testatur hanc regulam tanquam falsam fuisse reiectam  
ab eundem, Theophrasto, Theomistio grandissimis Aris-  
totelis interpretibus. Alij dum Aristotelen exponunt, e-  
um intricata aequiocatione verborum (necessesse et inesse,  
se) in paucissimis verbis non fuisse contentos. Alij  
volunt hanc regulam tantum esse intelligendam de conclusi-



one directae quae spectata terminorum dispositione primae  
figurae ex talibus praemissis potest inferri.

Expositio est prima responsio uni huius regulae quae ad utramque  
partem omnino non videtur consistere: quod enim toto loco  
reclatur bene ostendit hanc terminorum dispositionem posse  
esse in prima figura. Sed non probat esse utram ad con-  
clusionem in forma inferendam.

26. Jun:

## QVAESTIO IV

De ponte A.  
sinistro.

De inventione medij ad ratiocinandum

In secunda parte libri primi priorum traduntur  
ab Aristotele et eius interpretibus regule medij syllogismi  
inveniendi, quas clare et breviter post alias explicant Con:  
Quarum summa vulgati his versibus continetur.

Fecura, Cuius, Daferer, Hebare, Gedaco

Gabali stant: sed non stant Lebar, Hebar et Haer.

Officium isto literarum quarum hic ratio habetur sequente distichis  
explicatur.

Dicit A, B. sequitur, C. praevit, D. sit extra.

E. subit, F. sequitur, G. praevit, H. sit extra.

Hae res cum non nisi ad aciem ingenii valent pluribus  
et tantum subtractis verbis attributis tempore. Vnde si pl.

toti Toni: 3. instis: ultima. Et Con: istas.

Donec Astorum sequitur














Cum transir pontem cerebrum servare memento

156.6

PONS

Predicatum

Asinorum.



Fecann, Caieti, Dafener,

Hebare, Gedaco, Geboli.

Subiectum.

Quo semel amisso Rex Asinorum eris.



Abj his terminibus rem expectant.

Fabeneo, Faceno, Lebani, Lawni, Badeneo,

Febare, Cademai, Cedeno, nec non Dabeneo.

Vbi nota primo, quatuor nomenclata post litteram N. inenbula termi-  
nante significare conclusionem inferendam, sicuti supra in Ecce  
Hinc A. denotat conclusionem affirmationem universalem.  
Hinc versus.

Asserit A. negat E. sed universaliter ambo.

Asserit G. negat O. sed particulariter ambo.

Nota secundo. ante litteram N. has litteras A. B. C. D. E. F. habere  
non habere. A. significat praedictum, E. subiectum. conclusionis  
inferendae sine sit particularis sine universalis. B. consequens,  
C. antecedens, D. repugnans praedictionem. E. repugnans subiecto,  
nam, quae vera dictiones servant singulis modis syllogismorum  
sequentibus terminibus dicunt.

Fabeneo, Cerav, Feri: sed Bardav Lebani,

Febare Lebanti, Lebani Bardapi: dabitiip.

Cedeno Lepi: fir: Dabeneo non Cesare Festin.

Badeneo Canmureo Baro: Lawni Dara: dir: dat.

Faceno Felupton, nec non Barado Ferison.

\* De potestatibus et nitij Syllogismorum, item de inductione extime-  
mate et exemplo praeter illa quae dicimus supra hac 2<sup>a</sup> p<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>  
D. 6. i. 2<sup>a</sup> et 2<sup>a</sup> n. 2<sup>a</sup> poterunt auctores ibi citati. Mar. Fon. Am. amp. 2<sup>a</sup>

IN LIBB. DE PST. RESOLT<sup>ovi.</sup>

# DE DIVISIONE HORUM LIBRORUM

157.

Præter illa quæ demonstrationi conveniunt ut est Syllogismus, mater, forma, finis, medium. quantum ad quod spectat definitio et divisio explicatur libri secundo, reliqui libri priore.

Prima igitur parte libri prioris, ab initio usque ad caput 10. materia demonstrationis explicatur. secunda ad caput 22 de forma que sub figura maxime conveniat demonstrationi. Tertia finis seu effectus demonstrationis qui est scientia ubi Artes scientiarum inter se tum cum alijs intellectibus habitibus comparat.

Libri posterioris prima parte ait Philosophus de potentissimo medio demonstrationis, definitione scilicet primis decem cap: Secunda docet quomodo esse errare possint esse medium demonstrationis. ibi circa finem exponit quoniam parte demonstrationis principia generantur. Nec non omnem locum aliquot disputationibus perstrinxit.

## DISPUTATIO. XXII<sup>a</sup>

De instrumentis sciendi in genere.

### QUESTIO. I<sup>a</sup> et DVBIVM. I<sup>um</sup>

Quid et quotuplex sit instrumentum sciendi?  
Suppono <sup>id est</sup> cura secundo circ: 1.<sup>a</sup> not: sex: 4. num: 20.  
instrumenta sciendi formaliter esse operationes intellectus ac proprie esse in intellectu, quæ multæ conceptiones idcirco simul instrumentum.



in sciendi, quod ita sint disposita et ordinata, ut ad scientiam  
requirendam per se bene directe conferant.

Dico primo instrumentum sciendi est oratio quae vi alicuius veritatis  
in alio per se latens, certum et ratione infallibili manifestatur.  
Enim. Dixi per se latens. possumus enim per instrumentum sci-  
endi eas veritates quas iam antea sciebamur detegere, sicuti  
per discursum inferre quod iam antea cognovimus. Debet autem  
haec manifestatio esse necessaria: nam alias Syllogismus probabilis  
sive dialecticus esset instrumentum sciendi quod considerandum est  
est.

Dico secundo duplex est instrumentum sciendi, formale tantum et  
effectivum ac formale simul: illud formaliter et se ipsum ve-  
ritatem alicuius vi ostendit; sine incompleta et definitio; sine con-  
plexum et divisio. hoc autem quasi effectivum consistit aliquam cog-  
nitionem eandemque in se completitur per quam formaliter illi  
qua veritas detegitur et talis est demonstratio, quae ratione  
praemissarum est instrumentum sciendi effectivum, eo quod scienti  
fida, quae ad certum quod determinatum, artifex ad genus causae et  
facientis veniuntur: ita et praemissae. eo quod intellectum qui  
est causa efficiens conclusionis complectitur et determinat  
ad assensum conclusionis. Ratione vero conclusionis demonstra-  
tio est instrumentum formale, quia conclusio se ipsa manifestat  
veritatem illius cuius est cognitio et signum reale et formale.

Divisio. De modis privibus patet ex i. met. text. 48. et lib. 3.  
 tex. 10. et lib. 7. tex. 4. De divisione i. d. i. text. 1. Et ratio  
 unum est. quia illis convenit definitio instrumenti sciendi. Sicut  
 enim demonstrationis sola conclusio sine premisis, vel he sine illa  
 non manifestat veritatem; tota tamen demonstratio constat ex  
 utrisq; conclusionis veritatem certo manifestat. Definitio vero  
 detegit ratione infallibili veritatem in complexam definiti; ex p  
 per hanc claram et distinctam definiti in se confuse cogniti notitia  
 comparatur, et essentia rei quod in definiti confuse apprehensa  
 non intelligebatur, explicita per partes definiti cognoscatur. Si  
 militer divisio certa via manifestat potentialitatem totius quod in  
 divisio occultatur, cum distinctum singularium partium adequa  
 te in vel sub toto contentarum cognitionem subministrat.

Contra ea que objici possunt nota primo. Aristoteli cum ait  
 omnia vel demonstratione vel inductione sciri, id esse intelligi.  
 De probatione veritatis complexive cognitionis: non autem de in  
 complexa veritate (definitionis scilicet) nec de complexa ve  
 ritate, que non est probativa qualis est divisionis.

Nota secundo Definitionem a Divisione differre, quod per hanc  
 partes separatur, et per eam potentialiter divisio explicatur: per



Definitionem vero partes continent et per eas essentia defini-  
bitur certe scilicet. Deinde definitio fit per primam operationem  
intellectus, divisio per secundam.

Nota tertio quod haec instrumenta se mutuo inveniunt, et defini-  
tio continetur in demonstratione: esse tamen distincta. Si  
singula separatim sumantur diversissime involunt in aliquam notitiam  
et quasi latitudinem veritatem continent; definitio per pri-  
mam intellectus operationem, divisio per secundam, demonstratio  
per tertiam. Definitio facit scire essentiam definitio per pri-  
mam illis continent; divisio potentialitatem totius per partes il-  
las divisas; demonstratio veritatem conclusionis per praemissa  
necessaria, et in formam syllogisticam dispositus.

Nota quarto partes potentiales posse quidem cognosci per definitio-  
nem singularem et partes viventes per definitionem plantae et  
animalis: sed haec ratione non cognoscuntur partes potentiales  
ut tales sunt, sed actuales, neque ut partes divisi; sed ut defini-  
iti, cum non explicetur per definitionem illo modo divisam, sed  
definitam; ut per definitionem plantae et animalis explicatur  
planta et animal.

Nota quinto ideo exemplum et experientiam non esse dis-  
tincta instrumenta scientiae quia non sunt operationes intellectus  
tales ut veritatem certe manifestent, sed tantum inveniunt, defini-

aliter manifestandum verum probabiliter, et apprehensionem. 159.  
Non de modo dicendum est, non enim est instrumentum rei,  
unde distinctum a predictis.

145

# DISPUTATIO XXIII. \*

## De divisione et definitione

Circa Divisionem nota primo. Hanc esse secundam  
operationem intellectus sine inductione quae statim totum ali-  
quod adequate componi ex partibus in propositione enumeratis  
partem philosophicam hominis alia est anima rationalis alia corpus.  
partem metaphysicam hominis alia est animal alia rationa-  
le. Animalium aliud est homo aliud bruta. *Ab. conch.*  
*sic.* Cum enim apprehendimus tantum animam rationalem et  
corpus vel nosse preferimus omnium in dicto non est divisio di-  
alctica. ergo praeter modum partium apprehensionem requiritur  
aliquid quo intellectus asserat totum ex certis partibus consti-  
ri. Ex quo apparet sequitur primo Divisionem esse secundam o-  
perationem intellectus. secundo rationem esse Divisionem sicut  
membrum aliquod dividens omittitur aut aliquod quod totum co-  
vertit, dividitur. Tunc enim falsum est, totis partibus enu-  
meratis totum divisionem adequate contineri.



Nota secundum unam divisionem esse totum aliquod, sine actuale sine  
potentiale etc. membra autem esse partes illius de quibus haec  
eque accionata sunt notanda.

Primum. positis omnibus partibus integrantes, ponitur totum  
sublatum quaecumque parte integrante tollitur totum. Vbi ordo vel  
unio partium etiam intelligi debet, positis enim lapidibus et ali-  
ce sine unione et ordine non est paries nec posito capite, pectore,  
etc. non est homo nisi partes sint unitae.

Secundum posita quaecumque parte subiecta ponitur totum (poten-  
tiale sine universale:) sublati omnes partes subiectae tol-  
luntur totum, ut posito homine, vel cane, vel alia parte subiecta  
animalis ut equus etc. ponitur animal sublatis autem homi-  
ne non tollitur animal nisi reliquae species atque omnes tollan-  
tur quibus sublatis non remanet animal.

Tertium. posito toto integro ponuntur omnes partes, sublato  
toto integro aliqua saltem pars tollitur.

Quantum posito toto universali, ponitur aliqua pars subiecta  
sublato toto universali, tolluntur omnes partes subiectae.

Quintum bonae divisionis singula membra divisionis minus  
continent quam divisionem: omnia vero simul sumpta illi adequantur.  
Alij his verbis propriunt. Quaecumque bonae divisionis singula  
membra non respondent adequate divisioni: omnia vero vel copulativa  
vel disjunctiva sumpta cum illa respondent.

28 Jun. \*

Ab his positi  
membris componitur  
unum quodammodo  
genus.





in unam classis converunt eo ipso. Explente totum quod dicitur  
tum hominis quod in definitio manifeste apparebitur latebat,  
cognoscit aliquid quod affirmet quidquam aut neget. In  
proprie tamen liquendo et in certa materia definitionem  
insuper per integram propositionem, ut patet si patet: huius  
ubi dicitur definitio esse aut principium demonstrationis,  
aut demonstratio positionis differens aut conclusio quidam  
demonstrationis.

Nota tertio. Definitionem essentialem proprie et immediate  
esse tantum rationem per se, univocorum, universalium, speciem  
etiam (genus enim summum et differentia possunt deservi-  
re sed non definitivum sine inferiorum sine subalternarum)

Optimam autem est illa definitio que datur per genus proxi-  
mum et propriam differentiam, vel per propriam materi-  
am et formam. Bona etiam est illa que assignatur per  
genus summum et omnes intricatas differentias. Sed de his  
latius in Fonseca. ex quo diligenter notanda est duplex illa in  
vulgata intelligenda definitio capto. huius enim via omnia  
predicanda essentialia minusque vi a posteriori colligere  
solumus. Nam ex accidentibus et operationibus similibus  
colligimus quidam generatum, ex proprijs vero operationibus

sine proprietatibus in pluribus singularibus reperiis nam 161  
naturam sine gradum specificum invenimus. ut ex sensatione  
in homine et bento reperiis colligimus utriusque genus sicut a  
animalium, ex rationatione vero hominem a bento essenti  
aliter et specificis distinguimus ut quod inter omnia animan  
tia solus homines rationari videamus.

148<sup>a</sup> Notandum de definitione et definito asseruntur prima \*  
quicquid convenit definitioni convenit definito: quod non ge  
nerat definitioni nec ~~convenit~~ convenit definito. Secundi  
qui tribuitur definito tribuitur definitioni: cui non tribu  
itur definitio, nec definitum. Tertium si definitio con  
venit definitioni, et definitum definito: si non conve  
nit definitio definitioni, nec definitum definito.

Conditiones bonae definitionis sunt, ut sit clara, brevis,  
reciproca definito, non redundans h. deficitur.

Quaeritur an definitio possit demonstrari de definito.

R. posse quod tamen et aliter demonstrari potest &  
sensibilitatem: deinde de alia rationatione ex signis bonae  
definitionis hanc esse definitorem hominis, deinde per  
unam definitionem sumptam ab uno quo convenit licet  
demonstrare de definito aliam definitionem et alio quo



cursu desum ptam, ut ex primo post: cap: 7. docent interpretel.  
ing. Definitionem physicam domus (qualis veri solent) p. sonum  
colligere a priori ex alia domus definitione sumpta ex fi.  
nali causa. Quod si utroq. definitio coniungatur, fiet defi.  
nitio quae sola positione a demonstratione diffat, illius  
principium et conclusionem optineus hoc modo. Domus est con.  
positum artificiale ordinatum ad accedendi aens inuicem, et  
commoran hominu habitationem, constant, tecto, parietibus, for.  
damento. Si uirtus ter habet opatione secundum rectam  
regem sua una tunc ad felicitatem p. uenire: sic do.  
monstratio est syllogismus estans ex uicis, primis, secundis,  
tertiis, priorib. notionib. cuiusq. ychnismis efficiens scire.  
Note quanta accidentia in abstracto directe in praedictum  
posita, tam absoluta tam relativa posse proprie definir. (ut  
quid aliqui dicant) per genus suum et proxima et proxi.  
mum differentiam et ut dicuntur per singula praedicta  
mente patet. In concreto uero definitur per additamentum  
ita cum ordine ad subiectum nomine concreto significatur.  
Quod uero Aristoteles septimo met: text 4 et 10. docet  
substantiam esse prius cognitione quam accident, et ibi

i. Julij.

proprie ac primarie definiti: sensus prius est statim similis; 16  
lo accidentis; accidentis autem in concreto definiti per substan-  
tiam et additionem. Sensus posterioris est, quod si est haec  
est analogum ad substantiam et accidentis; ita etiam essentia si-  
mi quidditas, cum nulla ratio detur univoca utriusque, semp  
etiam per prius convenit substantiae, per posterius acciden-  
ti. Porro sunt hic non obstante accidentis entitas est  
vera entitas ita eius definitio vera est definitio.

Denique Nota. Definitionem quae datur per genus remo-  
tum et proximam differentiam esse nitensam. omittitur  
intermedijs gradibus metaphysicis, qui nec in genere remo-  
to nec in differentia includuntur, definiti quidditas non in-  
si partialiter explicatur. Quomodo relatiua etiam definiti possunt  
vide supra dis. 16. q. 3. in fine.

## DISPUTATIO XXIV\*

De Demonstratione.  
Constat inter omnes Philosophos, nec Syllogismum  
sophisticum, nec pseudo-graphum, nec dialecticum esse demo-  
strationem; sed solum necessarium. Est qui constat ex  
veris et certis propositionibus, non autem probabilibus tantum.  
Quapropter definitur quid sit Syllogismus scientificus. Id est per-  
tinenter scientiam habens eo quod illius conclusio sit scientia



actualis. Definitio etiam hoc modo. Demonstratio est quando ex  
mentis et primis est syllogismus aut ex aliquibus qui per aliquem unum  
et primum cognitionis principium sumpti sunt. Id est qui sunt probati  
per primum principia. Ex qua definitione constat inter  
argumentationis species solum syllogismum esse demonstra-  
tionem, quod si sit naturalis erit syllogismus certus et ci-  
vincus in quo consistit ratio demonstrationis naturalis. Syl-  
logismi vero Theologici quarum una vel utraque praemissa  
non est nisi divina revelatione cognita, sunt quidem Demo-  
strationes, non tamen evidentes sed obscuri a primis hic non  
definiuntur

## QVÆSTIO I.

De praequisitis ad demonstrationem.

### DVBIVM I.

Quot præcognita, et quot præcognitiones requirantur ante  
discursivam cognitionem?  
Certum est quod ait Arter initio primi posteri-  
orum, omnem doctrinam disciplinamque intellectivam fieri  
ex antecedente cognitione, ut minimum sensitiua, cum nihil  
sit in intellectu quod non aliquo modo fuerit in sensu, et in-  
tellectum oportet phantasma speculari, ex quo fit ut na-  
turaliter loquendo prima nostra cognitio sit sensuum exte-  
riorum, quam sequitur cognitio interiorum, sensus vero phantasia

ac deinde intellectus operatio.

163.

Certum est 2<sup>o</sup> secundum quod illud supponere, si 1<sup>a</sup> et 3<sup>a</sup> supponere 2<sup>o</sup> sub:

2<sup>o</sup> licet enim ad primam speciem sufficiat cognitio sensuum ex  
tensum et intensum: atque, tunc illud aliquid aliter videtur hinc  
videtur, non solum est apprehensum intellectus, et primo quod aliquid <sup>non habet</sup>  
generaliter inferatur, debent hinc quod 1<sup>a</sup> illud speciem terminare <sup>in regressu</sup>  
apprehendere, sed et de premissis quod 2<sup>o</sup> speciem indicare. <sup>non solum</sup>  
quod 3<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup> speciem illud fieri ex preexistente cognitione <sup>supra</sup>  
de intellectu: imo definitum cognitio preexistit indicia, quod singul.  
licet gradum generalem et specificum essentialiter definitum  
generare autem: et quod determinatur illud ad apprehensum  
deinde definit partes ut non essent.

Dico primo. Tria sunt distincta in se precepta ante illud,  
primo generaliter demonstratio, de incompleta sua data,  
sine obiecto, et passiva sine quod 1<sup>a</sup> predicatio: non  
completa sua principia, dico in se non respectum,  
tunc et si precepta, quod si dicuntur, dicuntur. Dico  
dictum, non licet modis terminis et debent progressu,  
quod tunc in principijs debet premissis includitur in preceptis,  
tunc ab his distinctum. Per principia illigantur tunc  
illa quod sunt tunc extrinseca, et ante dicuntur premissis,





q<sup>de</sup> n<sup>o</sup> alia de ea è prægnantia a ceteris distincta, nisi in 164.  
proposita q<sup>st</sup>ie sufficienter intelligit, ad prædicte modum q<sup>st</sup> altera  
p<sup>re</sup>ter ~~q<sup>st</sup>ie~~ contradictionis inferat: ad q<sup>st</sup> sufficit notis q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is,  
in aliquo obiecto et implicita rei cognitione. Q<sup>st</sup> n<sup>o</sup> in p<sup>re</sup>mis.  
sic eni modis p<sup>re</sup>gnat, de eo q<sup>de</sup> p<sup>re</sup>gnantia p<sup>re</sup> alijs n<sup>o</sup> sit  
vel realiter in obiecto; sed eorum n<sup>o</sup> s<sup>ub</sup>stantia n<sup>o</sup> p<sup>re</sup>dic-  
tæ g<sup>en</sup>eris è prægnantia distincta a principijs.

Dico quart. de principijs completis n<sup>o</sup>is d<sup>ist</sup>incta illationem  
p<sup>re</sup>gnantia debet p<sup>re</sup>sent. p<sup>re</sup>sent vera, sive ut Satz hic  
et alijs interpretat<sup>ur</sup>, q<sup>st</sup> p<sup>re</sup>dicta g<sup>en</sup>erant Satz. D<sup>ist</sup>incta  
itq<sup>ue</sup> à d<sup>ist</sup>incta n<sup>o</sup>is ex indig<sup>is</sup> p<sup>re</sup>missis, inferet in fine  
conclusionis. Deinde n<sup>o</sup> s<sup>ub</sup>stantia p<sup>re</sup>missis n<sup>o</sup>is p<sup>re</sup>dicta obiecto  
g<sup>en</sup>eris, sed et cognita huj<sup>us</sup> assertio. De q<sup>st</sup>libet n<sup>o</sup>is  
est affirmare in. negare.

Hinc p<sup>re</sup> 1.<sup>o</sup> tria in sat de p<sup>re</sup>gnantia s<sup>ub</sup>stantia, p<sup>re</sup>sentia  
principium completum: p<sup>re</sup>gnantia d<sup>ist</sup>incta q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is, et q<sup>st</sup>  
n<sup>o</sup>is s<sup>ub</sup>stantia, sive an sit, et q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is p<sup>re</sup>ter line q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is,  
n<sup>o</sup>is s<sup>ub</sup>stantia. De s<sup>ub</sup>stantia et p<sup>re</sup>dicta s<sup>ub</sup>stantia p<sup>re</sup>gnantia  
è q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is, de p<sup>re</sup>dictis p<sup>re</sup>sent n<sup>o</sup>is p<sup>re</sup>dicta et p<sup>re</sup>dicta  
p<sup>re</sup>ter line n<sup>o</sup>is s<sup>ub</sup>stantia q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is s<sup>ub</sup>stantia. De p<sup>re</sup>dicta et  
p<sup>re</sup>dicta p<sup>re</sup>sent, et n<sup>o</sup>is q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is q<sup>st</sup> n<sup>o</sup>is s<sup>ub</sup>stantia.



des wiprecht.

B3. 2.<sup>o</sup> l<sup>re</sup> previetz comitar grefa ante gubematori demostre  
tore, de hoc tu. fragm. hic h' e' sermonis et post prius  
runt et in libb. prius expleto.

23. 3.<sup>o</sup> hoc nos ingerere de illa diuina doctrina, nec de  
vita diuina, quibus è multat, sed de illa ac illa gelosia  
diuina in ore, nec, nec scripta p. m. in dubitandi pro.  
posita. et uti illa gerendo fiat sapiens.

B-4. ex de principio completo 2 dicunt. Alter de  
procedendo q. dicitur non, sicutis primario generit rati-  
plexis, deinde cognitio q. dicitur principiorum primario obli-  
vis cognitio in ipso et principiorum et primario. hic agitur  
de q. q. dicitur et principaliter ac immediate ad conclusionem  
cognoscendum spectant.

D3. si principia esse prognoscenda certe in duob, ut  
galenus docet de certis et incertis.

DVBIVM. II.

An subiectum et principium per discursum  
cognoscantur esse?

Dico primo. Cognitio qua de subiecto praecognoscitur  
quid sit, et secunda operatio intellectus, praecedens totam dem-  
onstrationem sine digressionem. Patet. Est enim propositio

De secundo adiacente, et notant interpretari cum D. Thomas; 5<sup>o</sup>  
lib: 2<sup>o</sup> lectione 1.<sup>a</sup>

Dico secundo multa subiecta particularium scientiarum uel  
noscentur esse, siue diuersum ut uel. Sicut terra aqua, au-  
lor, color, ipso sensu percipiuntur.

Dico tertio. Saepe per diuersum cognoscimus aliquid subiecto  
particularis scientia existere. Sicut de igne sublimari, de  
inflectijs, de speciebus intentionalibus, de partialibus orbibus  
planetarum.

Dico quarto subiecta principia scientiarum totalium, non fi-  
bantur esse siue existere ab illa scientia, quae ex professo  
de ipsis tractat. Neque enim logica probat esse tres ope-  
rationes intellectus dirigibiles, sed supponit, uel a superiore  
scientia probatum accipit. Sic dari quantitatem quae est ma-  
teriam subiectum, dari corpus naturale, sicut philosophia  
per se est nota. Quando autem primo philosophum Aristote-  
lis probat dari corpus naturale, id facit assumptis deorsu,  
non metaphisicis. Metaphisica enim cum sit praesens et regens  
scientiarum non habens superiorem, redarguit eos qui scientiarum  
totalium subiecta esse negant, siue directe attendenda dari,  
siue deducenda ad aliquam incertitudinem. hoc enim est magis



sapientia, non ut scientia sed ut sapientia est.

Disso quinto. Notitia quae principium aliquod statimur esse verum  
et secundum intellectus operatio. Et enim assensus alius propo-  
sitionis, ut ag. haec: unum totum et magis sua parte.

Disso sexto. multa sunt principia quae ex sola terminorum com-  
pleta apprehensione, sine ullo discessu clare et evidenter ratio-  
ni lumine vero esse cognoscuntur. ut quicquid affirmati-  
vum esse de subiecto affirmati de generis contentibus. etc.

Unum totum et magis sua parte. Si ab aequalibus aequalia de-  
mus, quae remanent sunt aequalia. Experientia vero explicita,  
sive terminorum a magistro facta, et inductione non proban-  
tur prima principia, sed tantum, termini et terminos  
habitu illustrantur, quibus illustratis et bene perceptis,  
intellectus sine ullo discessu, ita determinatur ad assensum  
primorum principiorum, sicut cognitis praemissis ad assensum  
conclusionis. Ceterum igitur sensus, experientia, inductio, di-  
stinctio, dicuntur generare prima principia, quatenus intelli-  
lectus ad idem terminorum apprehensionem, deserviat  
et non amplius. Haec de talibus propositionibus dici solent,  
potest esse terminis.

\* Ex quo patet primum. Sicut ratio formalis scientiae actualis in

sive assensus scientifici et habitudo extremorum per primis, 156  
sive detecta, et non premissa vel medius terminus, ita ratio  
formalis assensus principiorum est habitudo extremorum ratio-  
re lumine cognita, cognitio ipsius terminis, ut quatuor sunt plu-  
ra quam duo.

Patet secundo. Quia Aristoteles i. post. cap. 3. docet de-  
monstrandum esse ad aliqua principia que a priori probari non  
possunt, et in probationibus non dari processum infinitum vel  
ineptum circulum. et alibi negante principia terminorum  
explicatione esse tendenda. Hinc etiam dici solet contra  
negante principia non esse disputandum. Sed de his plura  
suo loco.

## QVAESTIO II.

### De premissis demonstrationis.

Cōs est doctrina Aristotelis et interpretum  
eius, premissas demonstrationis debere esse veras, primas sive  
immediatas, universales, notiones, causas conclusionis, necessa-  
rias de omni, per se, sine quod idem et secundum quod prae,  
et de praedicato primo seu universali. Quae conditiones quae,  
modo sint intelligende breviter explicandum est.



# DVBIVM I.

An praemissa demonstrationis sint vera, immedi-  
ata, universales?

Nota primo. Cum Dico Thomas, Averroes, Cas-  
tano, Sabarella etc. propositiones immediatas, primas, in-  
monstrabiles eadem esse. et colligitur ex Aristotele qui  
i. post: cap: 2. his indifferenter usurpat. Dicitur au-  
tem tales, eo quod nullum sit medium sine ratio per quam de-  
monstrari possit a priori praedicatum inesse subiecto. ut  
omne totum et minus sua parte.

Nota secundo. Propositiones mediatas, demonstrabiles, non pri-  
mas, esse eas, quae habent medium seu rationem per quam ex-  
tendi potest praedicatum inesse subiecto, suntque Duplex. Aliae  
enim sunt mediatas realiter, quando scilicet id quod est  
causa conjunctionis extremorum, sine medium realiter a  
terminis propositionis distinguitur. Ut ignis et calefactio,  
vapor aquae, per calorem realiter ab igne et a qua distincti.  
Aliae virtualiter, cum causa seu medium non differt nisi vir-  
tute ab extremis. Ut cum dico. homo est vivens. haec eni-  
m propositio, licet immediata realiter sit, sicut sunt  
omnes propositiones essentialiter: est tamen mediata virt.

aliter, cum probari possit, si animal absumatur pro modo, 167.  
a termino, sine causa. Sic cum dicitur Deus localiter est  
immutabilis est propositio mediantem virtualiter tantum, qui  
a per Dei immensitatem tanquam per causam virtutalem  
probari potest. Quod hoc nuncius medium reale alij inest  
in sciendo, et secundum se, virtuale vero in cognoscendo et se-  
cundum nos, ut videre est apud Con: 1. per: cap: 3. 1. 2.  
ant: 1.

una. Dico primo cum Aristotele et omnibus interpretibus, praemis, s. Jul.  
sas demonstrationis extensione debere esse veras et certas. Ra-  
tio est. quia licet ex falso possit aliquando verum colligi,  
et tamen demonstratio, nisi antecedens causet conclusionem sci-  
entificam, quae vera et certa esse debet, et ut talis cognoscat,  
quod enim non est ut inquit Aristoteles non scitur. ut. to-  
tum esse aequale suae parti. id est propositio quae vera non est  
non scitur. Quod vero in se quidem est certum, si non  
certe cognoscatur non est scientia, sed opinio tantum vel fi-  
des, qualis est in eo qui induit syllogismum in Eriserone,  
non esse legitimum tantum propter auctoritatem dicentis, ut  
propositiones certas quidem et non falsas concipit, sed pro-



babiles tantum indicant.

Secundo scilicet optima est illa demonstratio quae ex una velot  
cap: praemissa indemonstrabili constat: non est tamen necesse  
ut omnis demonstratio habeat tales praemissas, sed sufficit  
si sint deductae ex propositionibus per se notis.

Primum patet nullas enim certior est demonstratio quam in  
ex antecedente per se et ex terminis cognitis legitime de-  
ducitur consequens.

Secundum patet ex primo top: cap: 1. ubi dicitur demo-  
stratio constare ex primis vel ex his quae sunt ex primis  
deducta. Non patet ex <sup>definitione</sup> demonstrationis superius alla-  
ta initio praecedentis questionis. Deinde si praemissae  
omnes essent immediate sine indemonstrabilibus, magis esset  
semper assentiendum omnibus praemissis quam conclusioni,  
contra Aristoteli qui 1. post: cap: 2. sub demon-  
stratione ait nec oportere magis credere praemissis demonst-  
rationis, vel omnibus vel quibusdam. Non patet in demonst-  
rationibus mathematicis, in quibus tamen principia indemonst-  
rabilia, tamen propositiones ante demonstrationem demonstrantur.

Hic nota cum qui certe non intelligit deductionem praemissarum  
ex indemonstrabilibus, non habere scientiam, sed tam-

tam opinionem vel fidem. qui enim propositionem aliquam; 58  
non potest reducere ad prima uel principia; eam proprie  
scit, sed credit sine opinatur tantum.

Dico tertio potest aliqua premissarum demonstrationis esse sin-  
gularis: licet ordinario utraq; subeat esse universalis, vel  
saltem una. Aristoteles enim 2. post. cap. 20. docet a-  
liquam demonstrationem esse particularem sine singularem,  
ut est n. illa quae Socrates demonstratur esse risibilis, eo  
quod sit rationalis. Similiter de Deo, certe, evidenter ac  
demonstrative scimus. Quando autem dicitur scientia esse uni-  
versalium id intelligendum est ordinario de scientia immen-  
sita, rerum corruptibilium, sed de his plura infra dic.

putatione de scientia actuali.

## LIBIVM II.

An premissae demonstrationis debeant esse  
notiores, priores conclusionem, causa  
conclusionis, et necessaria?

Dico primo. quando premissae sunt principia  
naturae lumine nota, sunt notiores conclusionem, et quae ad se  
et quae ad nos. Patet. Nam habitus principiorum ~~sententiae~~  
ex sua natura habent, ut certiori modo a nobis per.



ciantur, quam conclusionem ab illis deductam. In 1<sup>a</sup> 6<sup>ta</sup>.  
3. et 2. post. ultimo.

Dico secundo premissae omnes semper sunt nobis notiores,  
conclusionem, quam ante ignotam in demonstratione primam in-  
ferimus. Ratio. Quia tunc sunt act et clare cognite, et ra-  
tio que nos inducit ad assensum conclusionis que nos act et  
intractabiliter tantum cognita erat.

Dico tertio. quando itaq; premissa demonstrationis et et  
ab illis deducta non est necesse ut premissa sint notiores,  
bis quam sit conclusio postquam clare est ex illis illa-  
ta. Ratio. quia tunc premissarum assensus similis  
sequentis est scientia et non habitus principiorum.

Dico. Aristoteles hic citato docet premissas esse  
notiores conclusionem. Q. id intelligendum esse secundu-  
m quod iam diximus dicto secundo. Deinde id de pre-  
missis ad minimam medietatis et per se satis explicari  
debet, cum omnis demonstratio tandem in aliquod prin-  
cipium nature lumine notum redeat.

Dico secundo cum Henrico 1. parte art. 2. q. 3. et 4.  
In hic cap. 2. q. 2. ad octavum. Quia antea cog.

notior propositio quam propius a principiis abest. lxxi 59.  
semper praemissae erunt notiores conclusionibus. Q. nega-  
tur antecedens, non id sit contra experientiam, ut patet  
ex Demonstrationibus Mathematicis, quarum non est decima  
a principiis alia centesima. Absoluti enim sufficit ad  
conclusionem certi inferendam si antecedens sit certe cogni-  
tum, licet postea utrumque sit aequè notum, siue non.

Disq. quarto. non est necesse ut praemissae sint carae et  
ceteri phisicae. Patet in Demonstratione quia, qui ag-  
probatur hominem esse rationalem et quod sit admira-  
tione. In Demonstrationibus vero propter quod suffi-  
cit causa efficiens metaphisica, id est ratio aliqua propria  
intellecta, quae sit origo ut predicatum insit subiecto. Pa-  
tet in Demonstrationibus quibus passio naturae identifi-  
cata Demonstratur per Definitionem subiecti, tanquam  
radicem necessarie connexionis extremorum conclusi-  
onis. ut omne animal rationale est admiratum, omne  
homo est etc. Idem patet in attributis divinis, ut q  
est immensus non potest localiter moveri. Deus est



invenire, ergo non potest localiter inveniri. Ratio est  
quia ut dicitur 2 Met. tex: 4. ut secundum esse non quod  
se habet, ita etiam secundum involutionem. Quando igitur  
monstratio dicitur constare ex causis id intelligendum est de  
medie terminis, qui sit talis causa quod ad involutionem  
demonstratio requiritur. Sed vel proprie et phisice, vel virt.  
aliter et metaphisice. Cum enim demonstratio sit actus  
intellectus nostri sufficit ut medium sit causa secundum  
nos intelligendi nostrum.

Ex dictis patet. Demonstrationi constare ex privis  
natura. Omnis enim causa est effectus naturae prioris.  
Sed praemissae sine medietate sine immediate sunt causa  
conclusionis dicitur. Ergo. Et patet ex Aristotele  
hic et 2 Met. tex: 13. Tunc enim scire putamus  
causam cognoscimus. etc.

\*

Dispositio quinta. Debet esse necessaria et non contingens, et  
Aristotelis multis in locis. Ratio quia demonstratio est syl.  
gismus probatur generans scientiam, qui non sit necessa.  
ria non potest conservari a propositionibus contingens, conch.

sio enim semper sequitur partem debiliorem praemissam. 170  
Nota hic aliquando Aristotelem docere de contingentia ut  
plurimum potest esse scientiam, qua de re infra.

Quaeritur quis sit sensus et vis huius praemissae, propter q  
namquidq; tale est, hoc ipse magis tale! R. hoc nunc  
habetur s. post: cap: 2. varicp et interpretatur explicat.

ut patet ex con: hic cap: 2. q. 2. art: 4. et 6. R. b. q. 2.  
m. 44: Et quidem ad illius modum assignant artine  
tam hic, tm 2. met: tex: 4. (ubi item hoc docet q  
hic) tres conditiones. Prima est, ut id in quo fit

comparatio computat utriq; extremo eodem nomine, eademp  
ratione saltem analogice, et verbum est dependentiam  
inducit per se a causa, ita ut uni per se primo concetti,  
et, ceteris per dependentiam ab illi, ut aiunt con: b. c. d.

Secunda ut idem ascribit magis et minus. Hinc non seq.  
tur Petrus est visibilis propter Paulum qui eum genuit,  
ergo Paulus est magis visibilis. Tertia ut eadem forma  
non sit in utroq; eius defectu n. vult hanc consequentiam  
homo est visibilis, quia est animal rationale. ergo animal



ratione est magis visibile. Q. secundo. secundum  
 aristotelem hunc est sensus illius argumenti. Propter  
 quod namque quidlibet tale est, hoc ipsum est magis tale  
 potiori in se, vel formaliter vel eminenter, ut ante pro-  
 ximum propter Deum, ergo potiori in se dicitur arduum Deum.  
 Conclusio demonstrationis sunt veritas propter premissas,  
 ergo potiori ratione premissae dicuntur veritas. Deinde Ar-  
 istoteles ibi praet: 2. nihil aliud vult (ut explicat Com-  
 secundo philosophus cap: 4. q: 1. art: 3.) nisi quod prima  
 causa propter quam aliquid est sunt talia ab illis causis de-  
 pendentibus illam rationem continentibus perfectioni modo, ut  
 si aliquid sit calidum dependentem ab igne vel sole mi-  
 ni magis ignis vel sol calorem continet si non actu et  
 formaliter, sedem virtute et eminenter. Si si tunc ratio-  
 o aut absentia conclusionis sunt premissae, potiori in se de-  
 bet absentia premissarum. Alia de his apud aristotelem in  
 totis

10 Jul: \*

## DVBIVM.III.

An praemissae deo debeant esse de omni et per se?

Nota primo, De omni posteriori veritatem sic ab Arte. 77  
Definiri. quod non in aliquo quidem est, in aliquo non; aliquando  
quidem, aliquando non. id est cum in propositione aliqua predi-  
catur toti subiecto, et toti tempore, per principalem copulam  
significatio convenit, sine subiectum potest distribui sine no-  
mine propositionis sit directa sine indirecta, ut omne animal  
sentit, omne sensiens est animal. Dens est summa materi-  
arum, Luna eclipsatur, non interposita terra inter ipsam  
et solem.

Nota secundo, per se sine secundum quod ipsum illud dicitur quando  
ipsum subiectum et non aliquid aliud est causa cuius predi-  
catur convenit, ut animal est sensiens capax.

Nota tertio quod licet postea dicitur 5. Metaphysicorum: 23, unde  
tres modus se convenit: hic tamen in. post: cap: 4. aliquid  
et vi interpretibus quatuor modus assignari

Primo est, cum aliquod predicatum convenit cum alio con-  
venit; quia scilicet est definitio vel pars definitae, ut homo  
est animal, homo albus est animal.

Secundo, ea per se aliam convenire dicuntur, in quantum refertur.



ditionibus paniter subiectis; licet ipsum predicatum, non  
ponatur in definitione subiecti. Sensus illius est, illa di-  
ci per se secundo modo, quae necessario conueniunt extra esse  
tiam subiecti. ut sunt sola predicata quatuor predicabilia: ut  
homo est sensibilis. homo habet potentiam sentiendi. Quod  
autem Arter hic ait passiones fieri de spe brutorum non  
id intelligendum est sicut cum dicitur, demonstratio de indi-  
cibus esse per accidens scilicet mediante sine secundario. De-  
re quod hoc secundo modo per se conuenit debet esse pro-  
dictum de omni genere brutorum, accidentale.

Tertius modus est per se existendi, et hic solum conuenit illis  
quae non existit in alio ut accidens.

Quartus modus est per se causandi, non scilicet aliam cau-  
sam certam effectui per se conuenit, ut mors ingulationis: a-  
bulatio autem, etsi fiat in corruptione non est tamen ho-  
minis causa, sicut nec fessio est per se causa inuentionis ho-  
minis. Hic finis.

Disco primis omnibus demonstratio constat ex propositionibus  
de uniu. Est Aristotelis et communis. Ratio, quia omnes

propositio necessaria, sine sit talis simpliciter, sine ex hypo. 172.  
tibi, sine absolute, sine respectu causarum tantum naturalium,  
et de omni. Sicut ergo omnes premissae demonstrationis sunt  
aliquo modo necessariae (falsae enim et contingenter hic  
locum non habent) ita aliquo modo erunt de omni.

Dico secundo, premissae demonstrationis propter quod negativae et  
demonstrationis quia non necessariae sunt per se. Ratio quia  
hae demonstrationes possunt consistere premiis negativis, quoniam  
non possunt esse propositiones per se.

Dico tertio, premissae demonstrationis propter quod affirmati-  
vae, sunt ex aliquo modo dicendi per se. Est *Artis* hic  
cap. 6. Ratio omnis oppositio necessaria quilibet est utraque  
premissae demonstrationis, est primo vel secundo modo et  
se, tertius vero modus nihil confert ad demonstrationem  
non, non enim efficiat necessariam propositionem necessariam,  
non, nec primis duobus modis sit adiunctus, quoniam  
autem modus per se eorum observat demonstrationem, quod  
conungi potest cum secundo modo.

Quoniam, quod sit hic positum universale. Quod ex Aristotele, quod



De aliqua dicitur prima, ut scilicet prima et soli anima  
li convenit. Ex quo patet prima. Omne universale de  
de mai et per se sed non contra: intellectum enim per se  
secundo modo convenit homini, et tamen non convenit ei pri  
mo et soli, immo etiam Angelis conveniat. Patet secun  
do et hoc triplex predicatum universale, scilicet passio, res,  
et subiecti adequati, et visibile respectu Tris. propter tri  
ferentia, et vocale. definitio respectu definiti immedi  
ati, et animal rationale respectu hominis. Ceterum in  
venit aliquae particulares et singulares Tris: patet primi  
mo Tris à necessitate res de de predicato universalis  
sed illas tantum quae sunt propter quod per se sunt prima  
ut sit Arter cap: 4. et si q. in contextu terminis  
veritabilibus necessitate erant propositiones predicati univer  
salis primi, ut omne animal rationale et visibile  
homo est et alio modo. ~~cap: 4. et si~~

### QVAESTIO III.

De speciebus demonstrationis.  
Dico primo demonstrationum alia est affirmativa  
in alia negativa. Item alia universalis et alia particularis.

per sunt essentialis, quomodoque, enim aliquis agnoscat p. 193.  
nam demonstrationem, quod non per aliam, tunc dis-  
tinctis sunt specie distincti, sine idem habent medium, si-  
ne non.

Disco secundo. Demonstratio ducens ad impossibile non  
est proprie demonstratio, sicut homo mortuus non est pro-  
prie homo, quia non constat ex incerto et necessariis, sicut  
homo mortuus non constat ex animae rationis participare.

Disco tertio. Duplex in genere est demonstratio, quia, et  
propter quod. Demonstratio quod, quia, a posteriori, est effe-  
ctus, logice vero, et necessarius, in quo ex effectu, signo, vel ac-  
cidente, aliquo necessario agnoscat causa non tunc cum  
ita. Ut cum ex defectu lunae agnoscat, terram esse  
inter solem et lunam. Demonstratio vero propter quod  
sive a priori est, in quo per causam sine realem, sine ali-  
quam, quae semper materiam prior est effectu, agnos-  
cat effectu, ut ag. per <sup>ter</sup>impositionem terre inter solem  
et lunam eclipsis lunae demonstratur.



Dico quarto, Duplex assignatur demonstratio quia. pri-  
ma dicitur ab effectu, et haec usitatissime dicitur demo-  
stratio quia, ut in exemplo allato. Secunda est negativa,  
in qua ex negatione causae remotae, negatur effectus illius  
causae. ut. quicquid recipit est animal. paries non  
est animal, ergo non recipit.

Hic adverti diligenter cum causa remota pluribus modis  
dicitur, cum solum hic dici remotam, quae non recipiatur  
cum assequente effectu. Ut patet in allato in Aristotele. Est  
exemplo. Non enim animal et recipere, convertuntur,  
sicut licet omnis ignis calefaciat, non tamen omne calefa-  
ctum est ignis, cum etiam sol sit factus, item haec spectat,  
cum dicitur. ut. accidens non est substantia, ergo non  
est homo.

Dico quinto Demonstrationem propter quod alia est pe-  
tissima alia non, petissimae has conditiones assignant. prius  
ut consistat terminis convertibilibus. Secundum, sit af-  
firmation universalis. Tertium, ut medium illius, sit  
definitio subiecti. Quartum ut illius praemissa sint im-

ita ut per alias a priori probari non possint. Quintum 17.  
ut in illam tanquam primam revolvantur omnes demon-  
strationes, quae de illis subiectis habentur. (ut omne totum  
est minus sui parte, tam est totum, *ergo. etc.*) Item  
omne animal rationale est aptum ad divinum intelli-  
gendum, omnis homo est animal rationale, *ergo. etc.*  
Hinc colligimus primo saltem primam modum primae  
figurae barbare subiecti, servare demonstrationi potissim-  
um. demonstrationibus vero propter quod non potissimum,  
et demonstrationibus quia reliquis omnes figuras et mod-  
os.

Secundo modum nominum demonstrationis propter quod  
esse, vel subiecti definitionem, vel aliquid aliud quod sit  
causa realis vel virtualis sine ratione a priori esse possit  
sine praedicatione conveniat subiecto. Modum vero de-  
monstrationis quia esse effectum tam actalem tam virt-  
alem, vel causa non concertibilis cum praedicatione, si an-  
te clausa sit negativa.

#### QVAESTIO. IV.

\*



## De circulo et regressu Tröb.

Suppono primo hic non esse questionem de circulo  
loque est potestas Syllogismorum, sed de eo que aliquando  
tendens per conclusionem ex ipso deductam iterato inferat  
ut cum probatur homo esse visibilis, quia est rationalis, et  
contra, rationalis quia est visibilis.

Suppono secundo regressum demonstrationis esse, quando de  
clausio alius demonstrationis iam facta in alio syllogis-  
mo, assumpta inferat alteram premissam unde deducta  
erat. Ut Astrae que non scintillant sunt prope nos, planetae  
non scintillant, ergo sunt prope nos. Tum sic. quae sunt prope  
nos non scintillant, planetae sunt prope nos, ergo planetae  
non scintillant.

Dico breviter cum Con: hic primo post: cap: 3. q: 1. si.  
simile 2<sup>o</sup> et Quid: q: 2<sup>o</sup> num. 32. in demonstratione  
si circulus materialis sine istis regrediendo a causa ad  
effectum, et contra: et ab una causa ad aliam alterius ge-  
neris, colligitur ex 1. post: text: 96. et lib: 2. text: 91.

Et ratio. Nam licet quando tota ratio a sententiis concluditur, 175  
sicut et a sensu premissarum, non possimus idem ante  
videre per eandem conclusionem probare; quando tamen ali  
unde cognita est conclusio, quam ex illa antecedente: nihil im  
probit quo minus ab ~~effectu~~ conclusionis a sensu regredia  
mur ad a sensum antecedentis, ex quo antea conclusionem  
deduxeramus. Confirmatur exemplis. Nam Aristophi  
tex: 30. ex motu aeterni motum aeternum colligit, et  
contra. Sic secundo libro de Caelis: tex: 51. stellas non moti  
verum motu proprio, eo quod sint sphaericae figurae. et con  
tra. ut bene explicat D. Thomas ibi: 2. lec: 16. Sic ex  
causa finali domus, campanae, ceree, horum, causam rea  
tionalem probatur. et contra. Sic a fine demonstrationi  
bus premissas debere esse necessarias. et contra, ex p  
missis necessariis finem demonstrationis, qui est certa  
et scientifica cognitio. Quomodo autem ex hoc non sequi  
tur non esse motus et minus motum bene explicat D.  
Thomas citatus, dum (inquit) utraq, analogia & alia media



manifestatur, non potest sumi ut manifestationem alterius, ad  
ostendendam convertibilitatem conclusionum.

Ex quo patet regressum demonstrationum in scientijs esse ad-  
mittendum, non autem formalem circulum. Cum enim tot  
ratio assertiendi conclusioni fuerint premissae, patet q.  
elationem non posse esse adequatam rationem assertiendi  
premissis: esset enim conclusio nota antequam cognita sui,  
licet ante premissas, et premissae ignote, postquam essent  
cognitae. Si vero conclusio aliunde cognita inferat premissas,  
